Speculi Moralis Uincentii Liber primus incipit feliciter.

¶De Operũ Humanoꝝ Neceſſitate. DISTIN. .I.

In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua: et in eternũ non peccabis. Eccĩ.vij. Humanũ genꝰ tria incõmoda per peccatũ primi hominis incurriſſe: nõ tã legimus in ſcripturis: ꝙ̃ ſenſibiliter experimur in nobis. videlicet difficultatẽ ad bonũ agendum: imprudentiã ad futura preuidẽdũ: ⁊ pronitatẽ ad peccandũ. Quia ꝑ peccatũ fuit homo viribus eneruatus: ſenſibꝰ obſcuratus: ⁊ actibus depꝛauatꝰ. Iuſte quidẽ homo recedens ab omnipotẽte deo: decidit in impotentiã. Recedẽs a ſũme ſapiẽte: amiſit ſapientiã. Recedens a ſũme bono: perdidit innocentiã. Ab his tribus malis oĩa mala ſuã originẽ ſortiunt̃. Deus autẽ infinite miſericoꝛdie ⁊ pietatis imenſe ꝑ ſapiẽtiã diuinitus inſpiratũ: cõtra tria p̄miſſa dat nobis perpulcherrimũ documentũ: ſaluberrimũ hoꝛtamentũ: fideliſſimũ cõſiliũ: ⁊ efficaciſſimũ remediũ: dicens ita: In oĩbꝰ operibꝰ ⁊c̃. Pꝛimo nãqꝫ excludit negligentiã. Secũdo ſuadet ꝓuidentiã. Tertio ꝓmittit hominẽ ꝑ hoc ad innocẽtiã reformari. ¶ In pꝛimis igit̃ excludit negligentiã: ſupponẽs opera meritoꝛia: cũ dicit: In oĩbꝰ operibꝰ tuis. Ex vi quippe ſermõis: ⁊ ex ipſo modo loquẽdi oſtẽdit vnũqueqꝫ fidelẽ non debere ocioſum eſſe: nec pigrũ ſeu negligentẽ: ſed ſtrenue operantẽ. De homine in ſtatu innocẽtie dicitur Geñ.ij. Tulit dñs deus hominẽ: ⁊ poſuit eũ in paradiſo voluptatis: vt oꝑaret̃ et cuſtodiret illũ. Sed hec oꝑatio eſſet ei ſine fatigatione: tedio: ⁊ doloꝛe. Eidem vͦo poſt lapſum dictũ eſt: Quia comediſti de ligno ex quo tibi pꝛeceperã: ne comederes: maledicta terra in opere tuo In laboꝛibꝰ comedes ex ea cũctis diebus vite tue. Sequit̃: In ſudoꝛe vultus tui veſceris pane tuo. Et Job.v. dicit̃: Hõ ad laboꝛẽ naſcit̃: ⁊ auis ad volandũ. ¶ Secũdo hoꝛtat̃ ſapiẽs ad ꝓuidentiã cũ dicit:: Memoꝛare nouiſſima tua. In his eñi pꝛecipue conſiſtit vel damnationis periculũ: vel ꝓcuratio ſalutis. Ideo attẽtiſſime hoꝛtat̃ idem̃ ſapiẽs Eccĩ.xxxviij. Memẽto nouiſſimoꝝ: ⁊ noli obliuiſci. ¶ Tertio ꝓmittit innocentiã: cũ dicit Et in eternũ nõ peccabis. Cũ ſũma diligẽtia cõſideret vnuſquiſqꝫ: ꝙ̃ fidele cõſiliũ: ꝙ̃ ſalubꝛe documentũ. O cõſiliũ nulla ratione ſpernendũ. O documentũ nulla obliuione delendũ: ſed potius cũ ſũmo ſtudio ſũma cura et ſollicitudine pꝛo viribꝰ adimplendũ. Docet eñi hominẽ ad puritatẽ innocẽtie refoꝛmari: per exercitiũ bonoꝝ operũ: ⁊ circũſpectã pꝛeuidẽtiã nouiſſimoꝝ. Ad hoc etiã hoꝛtat̃ paſtoꝛ eccleſie petrꝰ .ij Pe.j. Fratres magis ac magis ſatagite: vt ꝑ bona opera certã veſtrã vocationẽ ⁊ electionẽ faciatis. Hec eñi faciẽtes nõ peccabitis aliqñ. Ait ergo ſapiẽs: In oĩbꝰ operibꝰ tuis memoꝛare nouiſſima tua: ⁊ in eternũ nõ peccabis. ¶ Ad excludendã igit̃ negligentiã: que mater eſt omniũ vitioꝝ: debemus nos in exercitio virtuoſoꝝ operũ vtiliter occupare. Et circa hoc conſiderãda ſunt quattuoꝛ. Debet eñi vnuſquiſqꝫ diligẽter inſpicere genꝰ ⁊ ſpeciẽ ſue operationis. Secũdo modũ ⁊ ſeriẽ ſue executiõis. Tertio fructũ ⁊ finẽ ſue intẽtionis. Quarto oꝛtũ ⁊ oꝛiginẽ oĩs noſtre motionis. ¶ In pꝛimis igit̃ cõſiderãda ſunt opera que facere debeamꝰ. Sicut inquirũt iudei a dño Joh.vj. dicẽtes: Quid faciemus: vt operemur opera bona dei? Quibꝰ ille reſpõdit: Hoc eſt opus dei: vt credatis Hoc eſt pꝛimũ pꝛincipiũ operãdi: ⁊ fundamentũ pꝛimariũ omnis boni. videlicet fides: ſup quo videat vnuſquiſqꝫ: quõ ⁊ q̃ ſupedificet. Debemꝰ autẽ oꝑari opera penitẽtie: peccatoꝝ flagitia expiando. Opera miſericoꝛdie: pꝛoximoꝝ miſerias releuando. Opera ſapiẽtie: celeſtia cõtẽplãdo. Opera ꝑfecte iuſticie: diuina cõſilia adimplendo. ¶ Pꝛima opera noſtra debent eſſe opera penitẽtie. Quia nãqꝫ nõ eſt hõ qui nõ peccet. Sicut dicit̃ .iij. Reg.viij. Et .i. Joh.i. Si dixerimꝰ quia peccatũ nõ habemꝰ: noſipſos ſeducimꝰ: ⁊ veritas in nobis nõ eſt. Job quoqꝫ dicit: Quis poteſt dicere: mundũ eſt coꝛ meũ: purus ſum a peccato? Ideo neceſſe habemꝰ agere penitentiã. Ait eñi btũs Johãnes baptiſta Luc̃.iij. Genimina viperarũ: q̇s oſtẽdit vobis fugere a vẽtura ira. Reſpõdit autẽ: Facite ergo dignos fructꝰ penitẽtie. Signãter dicit Dignos fructꝰ penitẽtie. Neqꝫ eñi par debet eſſe penitẽtia eius qui multũ peccauit: et eius qui pauciora peccata cõmiſit. vel eius q̃ grauiora: ⁊ eius qui minꝰ grauia perpetrauit. Itẽ ſaluatoꝛ ait Luc̃.xiij. Niſi penitẽtiã egeritis: oẽs ſilr̃ peribitis. Et Eccĩ.ij. Niſi penitentiã egerimꝰ: incidemus in manꝰ dei: ⁊ nõ in manꝰ hominũ. Exhoꝛtãs autẽ dñs ad penitentiã: dicebat: Penitentiã agite: appꝛopinquabit eñi regnũ celoꝝ. Itẽ Apoc̃.ij. Memento vnde excideris: ⁊ age penitentiã: ⁊ pꝛĩma opera fac. aduerte ꝙ ſicut pius pater filiũ cõtumacẽ coꝛripiẽs aliqñ oſtendit ei mala q̃ fecit vt erubeſcat. bona q̃ perdidit vt doleat. mala q̃ meruit vt timeat. ⁊ ſic ꝑ diuerſas vias ipſum reuocare laboꝛat. Sic pius dñs diuerſis modis vtit̃: vt peccatoꝛẽ ad penitentiã ſalutarẽ reducat. Nã aliqñ obijcit ei grauitatẽ ⁊ vilitatẽ flagitij quod cõmiſit. Sicut dicit̃ Hiere.ij. Uide vias tuas in cõualle ſcito q̇d feceris. Aliqñ reducit ei ad memoꝛiã vilitatẽ ſtatꝰ in quẽ incidit. Sicut dixit ade Geñ.iii. Adam vbi es? Et Hiere.iij Leua in directũ oculos tuos: ⁊ vide vbi nunc pꝛoſtrata ſis. Aliqñ pꝛoponit ei penã quã meruit. Sicut patet in verbis beati Job. ⁊ dñi ſuperiꝰ annotatis. Et Geñ.iiij. Dixit dñs ad Cayn: Quid feciſti? Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra: petens videlicet vltionẽ. Nõnunq̃ etiã ad mentẽ eiꝰ reuocat honorẽ ⁊ bona: q̃ ꝑ peccatũ amiſit: vel dignitatẽ ſtatus: a quo decidit. Sicut hic: Memẽto vnde excideris. q.d. Memẽto quia ſtatum innocẽtie ꝑdidiſti: ⁊ a dignitate gr̃e coꝛruiſti. ⁊ ideo age penitẽtiã vt ⁊ perdita recuperare: ⁊ ad pꝛiſtinã dignitatẽ reſurgere: ⁊ debitas penas euadere: ⁊ ad ꝓmiſſa pꝛemia valeas peruenire. Sequit̃: Et pꝛima opera fac. Pꝛima inquã .i. pꝛecipua. vel pꝛima: q̃ anteq̃ peccatũ cõmitteres facere debuiſti. Exẽpla penitẽtie habemꝰ in Petro ⁊ Paulo: q̃ ſunt pꝛecipui fundatoꝛes eccleſie. In Magdalena euãgelica peccatrice. In dauid ⁊ ezechia regibꝰ. In niniuitis etiã: de quibus dicit̃ Jone.iij. Uidit deus opera eoꝝ: quia cõuerſi ſunt de via ſua mala. Et miſertus eſt deus ſuꝑ malitiã quã locutꝰ eſt vt faceret eis ⁊ nõ fecit. ¶ Nota igit̃: ꝙ ꝑ penitentiã macula peccati diluitur: reatus abſoluit̃: offenſa diuina remittit̃: reconciliat̃ deo: reſtituit̃ eccleſie: de filio diaboli filius dei efficit̃: paradiſus apit̃. Hec eſt q̃ impiũ iuſtificat: angelos letificat: amiſſa bona recuperat. Uñ Berñ. ait: O felix penitentiũ humilitas: o btã ſpes cõfitẽtiũ. ꝙ̃ facile vincis inuincibilẽ: ꝙ̃ cito tremebũdũ iudicẽ cõuerteris in piiſſimũ patrẽ. ¶ Secũdo debemꝰ agere opera charitatis ⁊ miſericoꝛdie. Sicut pulchꝛe docemur Lu.x. Cũ eñi quidã legiſdoctoꝛ inquiſiſſet a dño Magiſter quid faciẽdo vitã eternã poſſidebo? Reſpõdit: In lege quid ſcriptum eſt: Quõ legis? Qui ait: Diliges dñm deũ tuũ ex toto coꝛde tuo ⁊c̃. ⁊ pꝛoximũ tuũ ſicut teipm̃. Et ait illi dñs: Hoc fac ⁊ viues. Ille rurſum queſiuit. Et quis eſt meꝰ pꝛoximꝰ? Cui reſpõdens dñs: propoſuit parabolã de miſero: qui incidẽs in latrones: ſpoliatus: atrociter verberatꝰ: ⁊ ſemiuiuus relictus: a ſacerdote pꝛius ⁊ poſtmodũ a leuita trãſeuntibꝰ nõ adiutus: tandẽ a ſamaritano viſceroſa pietate ꝓmoto: vulneribꝰ illius vinũ ⁊ oleũ infundẽte ⁊ ea dulciter alligãte: impoſitꝰ eſt in iumento: ⁊ inductus in ſtabulũ: ſtudioſe ſtabulario cõmẽdatꝰ. His pꝛepoſitis interrogauit dñs: Quis hoꝛũ tibi videt̃ pꝛoximꝰ fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit miſericoꝛdiã in illũ. Et ait illi iheſus: Uade ⁊ tu fac ſilr̃. Ecce ad queſtionẽ pꝛimã: Quid faciẽdo vitã eternã poſſidebo. pꝛemiſſum eſt documentũ de dilectione dei ⁊ pꝛoximi: ⁊ oꝛdine conſequẽti ſubiunctũ hoꝛtamentũ de operibꝰ miſericoꝛdie faciendis. Nã de fonte charitatis debent ꝓcedere riuuli pietatis: alias nulliꝰ eſſent meriti vel virtutis. Sicut ait Apl̃s .j. Coꝛinth.xiij. Si diſtribuero in cibos pauperũ oẽs facultates meas. ⁊ ſi tradidero coꝛpus meũ ita vt ardeam: charitatẽ autẽ non habeã: nihil mihi pꝛodeſt. Propter quod bene iunxit apl̃s iſta duo dicẽs Hebꝛe.xiij. Charitas fraternitatis maneat in vobis: ⁊ hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Per hãc eñi placuerũt q̇dã angelis hoſpitio receptis. Moueat ergo te dilectio dei ⁊ compaſſio miſerie pꝛoximi: ad exhibẽdũ opera pietatis ſm̃ exigentiã neceſſitatis. Hec aũt opera ſunt: nudũ veſtire: eſuriẽtẽ reficere: ſitien

tem potare: infirmū viſitare: peregrinū in domo recipere: captiuū
redimere: mortuū ſepelire: ⁊ multa talia ſm ꝙ innumerabilia ſunt
incōmoda pauperū ⁊ miſerabiliū ꝑſonarū. Ad hec opera pietatis
tenet quilibet ſaltē cōpaſſionis affectu. vel ſi aſſit facultas: etiā mi
ſeratiōis effectu. Vñ .i. Thi. vj. dicit Apl'ſ: Diuitibꝰ huiꝰ ſecli ꝑcipe
nō ſublime ſape: nec ſpa[...]i incerto diuitiarū: ſed in deo viuo ⁊c.
bene agere: diuites fieri in operibus bonis: facile tribuere: cōicare:
theſauriſare ſibi fundamentū bonū in futurū: vt apprehēdāt verā
vitā. De miſericordia latius inuenies infra li. ij. vbi agit de beati-
tudinibꝰ. ¶ Tertio debemꝰ agere opera ſapiētie: loquēdo de vera
et ſalutari ſapiētia: q̄ dicit a ſapore. Cōſiſtit hec ſapiētia nō tm̄ in
ſpeculatione veritatis: ſed potius in q̄dā deguſtatione ſapida bo-
nitatis: ⁊ etiā in operatione feruida ſanctitatis. Eſt aūt ſpeculatio
in cogitādo: ſtudendo: audiēdo: legēdo ea que ad honorē laudē ⁊
gloriā dei ꝑtinēt: aīeq; ſalutē. Deguſtatio aūt nō in plena fruitiōe
cōſiſtit: ſic erit in ꝑria. ſed in q̄dā prelibatiōe ac tenui ſaporatiōe
diuine dulcedinis: ꝓut poteſt vel modicū attingere humana fragi
litas pro modulo ſuo: ⁊ pro ſtatu miſerie ꝑſentis: q̄ peregrinamur
a dño: ⁊ detinemur exules ī hoc mūdo. Hec deguſtatio q̄ntūcūq;
ſit modica: excedit oēs delicias huiꝰ mūdi: ⁊ omnē delectationē: q̄
in creatura quacūq; valeat inueniri. Facit etiā oīa carnalia deſpi-
ci: oīa terrena ſeu tꝑalia vilipendi: ac ſicut ait expertus Apl'ſ velut
ſtercora reputari. facit nihilominꝰ ſpūalia diligi: tota mēte: totiſq;
precordijs celeſtia cōcupiſci. Nec ſufficit ſubtilis ſpeculatio intel-
lectus: ⁊ deguſtatio affectus: niſi ſequat ꝑfecte operatiōis effectꝰ.
Sed q̄ ꝑſpexerit in lege ꝑfecte libertatis: ⁊ ꝑmāſerit in ea nō audi
tor obliuioſus factus: ſed factor operis: hic beatꝰ in facto ſuo erit
Jaco. j. De hac ſapiētia dicit Sap. viij. Intrās in domū meā con-
quieſcā cū illa. ſ. ſapiētia. Nō enī habet amaritudinē ꝯuerſatio il-
lius: nec tediū cōuictus illiꝰ: ſed leticiā ⁊ gaudiū ſequit. In amici-
cia illius delectatio bona: ⁊ in opibꝰ illiꝰ honeſtas ſine defectione.
Rurſus Ecci. xxiiij. Sapiēs introducit ſapientē ſic loquentē. Trā
ſite ad me oēs q̄ ꝯcupiſcitis me: ⁊ a generatiōibꝰ meis adimplemī
Spūs enī meus ſup mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſup mel ⁊ fauū.
Qui edūt me adhuc eſuriēt: ⁊ qui bibūt me adhuc ſitient: q̄ audit
me nō cōfundet: ⁊ qui opant in me nō peccabūt. Qui elucidāt me
vitā eternā habebunt. Si premiſſa verba quis ſerioſe vellet expo-
nere: paucis verbis nō poſſet ad eoꝝ indaginem ꝑuenire. De ſa-
pientia inuenies multa infra li. ij. Nūc aūt ſufficiat opera ſapiētie
ſub breuitate tāgere: quia hoc eſt quod a principio propoſuimꝰ et
ꝓmiſimꝰ declarare. Sūt autē opera ſapiētie: doctrinā veritatis di
ligēter audire: exhortationes vtiles ardēter accipe: correptiones li
benter ⁊ vtiliter ſuſtinere: audita memoriter retinere: memorie cō
mēdata operibꝰ exercere: vigilāter ſtudere: libros ſacros ſtudioſe
perlegere: nō ſtudēdo trāſcurrere: ſed frequēter in memoria rumi-
nare: in ſtudio non verba ſed ſenſum ⁊ fructū requirere: falſitates
abijcere: vanitates ꝯtēnere: curioſitates vitare: veritatē inquirere:
in dubijs peritos cōſulere: cōſulta diſcutere: dei volūtatē ⁊ māda
ta ꝑquirere: meditationes ſacras amare: audita: lecta: ſeu etiā cogi
tata memorāda digerere: nihil per ſurreptionē agere: nihil temere
iudicare: verba cū debita maturitate proferre: vitā ſuā ⁊ mores ſe-
rioſius ordinare: ſubiectos pie ⁊ iuſte regere: errata corrigere: errā
tes reducere: peccātes arguere: penitētibꝰ indulgere: defectꝰ alioꝝ
nō culpabiles benigne ſupportare: heſitātibꝰ cōſulere: deſolatis ſo
latiū exhibere. Quicūq; ſic fecerit: hic btūs in facto ſuo erit. Bene
ergo dicit ſapientia: Qui operant in me non peccabūt Ecci. xxiiij.
¶ Quarto debemꝰ habere opera ꝑfecte iuſticie: q̄ cōſiſtit in q̄ttuor
Primū eſt abdicatio mūdialiū facultatū. Secundū eſt aſpernatio
carnaliū voluptatū. Tertium eſt humilitas obediētie. Quartū eſt
ſtrēnuitas patiētie. De primo Prouer. xij. Melior eſt pauꝑ et
ſufficiēs ſibi: q̄z glorioſus ⁊ indigēs pane Et bene iūgit Sapiēs iſta
duo. ſ. pauꝑ ⁊ ſufficiēs. Quia cui ſatis eſt quod habet: ſatis illū cō
ſtat habere. Unde dicit Sen. ꝙ maxime diuitie ſunt pauꝑtas cū
ſufficiētia. Sicut dicit Thobie. v. Sufficiebat nobis pauꝑtas nr̄a
vt diuitie cōputarent. Iſta eſt vita letiſſima: ſecuriſſima: dulciſſi-
ma: ⁊ ꝑfecta. maxime qn̄ vita talis eligit: amat: ⁊ ſufficit propter
deū. Ideo dicit Ecci. xl. Vita oparij ſufficiētis ſibi cōdulcabit: et
in ea inuenies theſaurū. ſ. bonoꝝ ſpūaliū: ſm illud Math. xix. Si
vis ꝑfectus eſſe vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊c. Sequit: Et habebis
theſaurū in celo. Itē Jac. i. Qui ꝑſpexerit in lege ꝑfecte libertat. i.
pauꝑtatis: q̄ vere libera eſt: ⁊ permāſerit in ea nō auditor obliuio-
ſus factꝰ: ſed factor operis: hic btūs in facto ſuo erit. De ſecūdo
ſ. aſpernatione carnaliū voluptatū dicit Ecci. xxiiij. Cibaria ⁊ vir-
ga ⁊ onus aſino. panis ⁊ diſciplina ⁊ opus ſeruo. i. corpori. Huius

auctoritatis expoſitionē require infra diſtinctione ſequēti. Sane
victus auſteritas requirit in oībꝰ qui volūt illibatā pudiciciā ob-
ſeruare: ⁊ corporis ſui mēbra in ſancti ſpūs tēplū dedicare. Sicut
ait Apl'ſ infra .j. Corinth. vj. Neſcitis ꝙ mēbra veſtra tēplū ſunt
ſpūſcī. Ideo Dauid volens tēplū edificare: vel expēſas preparare
dicebat. j. Paral. xxix. Opus grāde eſt: nec homini preparat habi
tatio: ſed deo. Et Neemias edificans ciuitatem hieruſalē dicebat
Opus grande ego facio: ⁊ nō poſſum deſcēdere. ſ. ad ſecularia ne-
gocia: vel ad carnalia deſideria adimplenda. ¶ De tertio. ſ. de hu-
militate obediētie dicebat verus obediēs: ⁊ totius humilitatis et
obediētie ſpeculū ⁊ exemplar. Joh. ix. Me oportet operari opera
patris mei. Idē. iiij. Meus cibus eſt vt faciā volūtatē patris mei:
vt ꝑficiā opus eius. Et ideo religioſis ⁊ filijs obediētie dicit Joh.
viij. Si filij abrahe eſtis: opera abrahe facite. Ambro. Cuiꝰ opera
quiſq; facit eius filiꝰ vocat. De quarto. ſ. de benignitate patien
tie ſciendū: ꝙ nō ſufficit bene ſe habere in ꝓſperis: niſi ſtrenue ac
fortiter ſe habeat in aduerſis. nec in tranquillitate bene agere: ⁊ in
tētatione ſuccūbere: vel in tribulatione deficere. Nā ꝑ increpatio-
nem dicit dñs de quibuſdā: qui cū gaudio ſuſcipiūt ſemē bonū. i.
verbū dei: ſed orta ꝑſecutione propter verbū deficiūt. Hi radices
nō habēt: quia ad tēpꝰ credūt: ⁊ in tꝑe tētationis recedūt. Luc. viij
Oēs aūt qui pie volūt viuere in chriſto ihesu ꝑſecutionē patiunt
ait Apl'ſ. j. Thi. iii. Ideo neceſſariū eſt nobis agere ſicut faciebant
illi: qui de captiuitate reuerſi in anguſtia tēporis in hoſtiū ſuorū
medio reedificabāt hieruſalē. De quibꝰ dicit ꝙ vna manu opus
faciebant: ⁊ altera tenebāt gladiū Nee. iiij. Sane patiētes eſſe de-
bemꝰ: quia patiētia reddit hominē ꝑfectū in ſtatu grē: ſicut dicit
Jaco. j. Omne gaudiū exiſtimate frēs: cū in tētationes varias inci
deritis: ſciētes quia tribulatio patiētiā operat. Patiētia aūt opus
ꝑfectū habet: vt ſitis ꝑfecti ⁊ integri: in nullo deficiētes. Itē cumu
lat premiū in ſtatu glorie: Sicut ait Apl'ſ. ij. Corinth. v. Id quod
in preſenti eſt momētaneū ⁊ leue tribulatiōis noſtre: ſupra modū
eternū glorie pondus operat in nobis. Ecce aduerte quod leuiſſi-
mū eſt in paſſione: maximū eſt in remuneratione. ⁊ quod breuiſſi
mū eſt imo momētaneū in tempore: ſit eternū in duratione.

¶ De Operum Serie. DIS. .II.

POſtquā declarauimꝰ genus ⁊ ſpeciē noſtre
operationis. Nūc videamꝰ modū
et ſeriem noſtre executionis. Circa quod ſciēdū eſt: ꝙ
debemꝰ inchoare celeriter ſine dilatione: laborare fide
liter ex dilectione: continuare viriliter ſine defectione: conſumare
humiliter ſine elatione. Debemꝰ igit inchoare celeriter propter tē
poris breuitatē. Breuiſſimū eſt omne tēpus quo viuimꝰ. Sap. ij.
Exiguū eſt ⁊ cū tedio tempꝰ vite noſtre. Ideo excitat nos dñs ad
celeriter operādū dicēs Joh. ix. Operamini dū dies eſt: venit nox
qn̄ nemo poteſt operari. Et Apl'ſ Gal. vj. Dū tempꝰ habemꝰ opere
mur bonū. Nō poteſt bonā dietā facere qui mane nō ſurgit. Irri-
dendus eſſet qui tunc veniret ad opus: qn̄ tempus eſſet de opere
exeundi. tunc ſeminaret qn̄ eſſet metendū. Ideo Sapiēs Eccs. x.
Quodcūq; poteſt manus tua inſtanter operare: quia nec opus ad
merendū: nec ratio ad excuſandū: nec ſapiētia ad ſapide ꝯtēplan-
dum: nec ſcientia ad euadendū erunt apud inferos quo tu prope-
ras. Nota ꝙ fatuus eſſet homo: magnū opus habēs agere ⁊ tem-
pus breue: ſi non feſtinaret: ſed iaceret in lecto vſq; ad veſperam.
Nos aūt opus permaximū habemus agere. vnde quilibet veſtrū
poſſet dicere illud Nee. vj. Opus grande ego facio: nō poſſum de-
ſcēdere: ne forte negligat opus. Itē celeriter inchoare debemꝰ
propter ſecuritatē. Auguſti. Si vita breuis fuerit: expedit vtiq; ꝙ
bona ſit. ſi autē vita lōga fuerit: meliꝰ eſt ꝙ bona ſit. Si multū ha-
beres de frumento vino vel oleo: velles ꝙ totū eſſet bonū. ⁊ dole-
res ſi pars aliq̄ eſſet corrupta. Aug. Quid te offendit vita tua: quā
ſolā vis malā habere: vt inter omnia bona tua tu ſolus ſis malus.
nūquid plus diligis res tuas q̄z te. Talis iniquus eſt ſibiipſi dum
plus vult ſe malum eſſe q̄z bonū: infirmū q̄z ſanū: mortuū q̄z viuū
ſeruū q̄z liberū: nihil habentē q̄z bonoꝝ oīuꝫ participē. Propter ſe
curitatē habēdā ait Sap. Ecci. xj. Mane ſemina ſemen tuū ⁊ ve-
ſpere ne ceſſet manꝰ tua: quia neſcis q̄d horū magis oriat. Si aūt
vtrūq; ſit: meliꝰ erit. Quis vidēs ſagittariū arcū extentū cū ſagitta
tenentē: nō expectat ictū ſagitte: ſed euolat. ſed homo fatuus expe
ctat ictū mortis. Cōtra quod ait Pſalmiſta: Niſi cōuerſi fueritis
gladiū ſuū vibrabit: arcū ſuū tetēdit: ⁊ parauit illū: ⁊ in eo parauit
vaſa mortis. ita cito morit vitulus ſicut vacca. ita cito frāgit vas
nouū ſicut vetus. ⁊ citius amputat arbor iuuenis q̄z antiqua. Se-
curius eſt malum paſſum vitare q̄z eum cum difficultate tranſire.

Quia ſicut ait Sap. ꝓuerbi.iij. Qui amat periculū peribit in illo. ⁊
ſecuri⁹ eſt laqueos euadere ꝙ̄ ſeſe magis ac magis forti⁹ irretire.
Dicit aūt ſap. prouer.v. Iniquitates ſue capiūt impium ⁊ funibus
peccatoꝝ ſuoꝝ cōſtringit̄. Et ſecurius eſt in principio egritudinis
medicinā querere: ꝙ̄ vſqꝫ ad extremū vite terminū expectare. Jō
dicit ſapiens Eccleſiaſtici.xviij. Ante languorē adhibe medicinā.
lepra inueterata ⁊ gutta inoſſata curari nō poſſunt. De impio aūt
dicit̄ iob.xx. Oſſa illius implebunt̄ vitijs adoleſcentie ſue. Itē
celeriter inchoare debemus ꝓpter aſſuefactionē: vt ī etate tenera
caro domet̄: vt diſcat ſuſtinere labores. Equi: canes: vrſi: in iuuētu
te docent̄ ludere: ⁊ oē beſtiarū genus domabile: in iuuentute do-
mat̄. Equus qui diu ꝯſueuit trotare: nunꝙ̄ poſtea doceri pōt ali-
ter ambulare. ſic ⁊ pueri in etate tenera docendi ſunt ⁊ in virtutū
opibus exercēdi. Quia ſcriptū eſt ꝓuer.xxij. Adoleſcens iuxta viā
ſuā etiā cū ſenuerit nō recedet ab ea. canis vetus nō pōt teneri in
vinculo. nunq̇d pōt ethyops mutare pellē ſuā. aut pardus varieta
tes ſuas. ſic nec vos poteritis bn̄facere. cū didiceritis male. Iere.
xiij. Deſiderant oēs ⁊ ſperant bonū finē habere cū totā vitam ma-
lam habuerint dicētes cum balaam. moriat̄ aīa mea morte iuſto-
rū. ſed iſta duo non ꝯſonant. Ideo ſeni peſſimo iudici. dixit Danī.
xiij. Inueterate dierū maloꝝ nunc venerūt peccata tua que opabe
ris prius. Quāto diutius fuit in ferro rubigo. tanto vehementius
intimat̄: ⁊ ſemꝑ magis ac magis corrodit ferrū: et inde difficilius
eradicat̄. ⁊ ſordes diu derelicte in vaſe difficilius amouent̄. Sic
quanto diutius fuerit quis malis moribus aſſuetus: tanto ab eis
difficilius euellet̄: qꝛ iniquitates ſue capiūt impiū vt dictū eſt. ac
ſemꝑ fortius detinēt alligatū. Vn̄ Anſel. de ſeipſo dicit in libro cō
feſſi. Tenebar nō in alieno ferro ſed mea ferrea voluntate. Item
celeriter inchoare debemus ꝓpter meritoꝝ augmentū ⁊ diuinam
acceptationē. Qm̄ qui citius incipit ⁊ diutius operat̄ ⁊ plura me-
rita ꝯgregat: ⁊ opa in iuuētute facta gratiora ſunt deo. fructus iu-
uenis plantule dulciores ſunt. ⁊ fructus primitiui tpis cariores.
vn̄ Michee.vij. ait dn̄s. Precoquas ficus deſiderauit aīa mea. Et
in lege precepit ſibi offerri oē primogenitū ⁊ primitias frugū ter-
re ⁊ omniū fructuū. In ſignū ⁊ documentū q̄ḋ hō de flore iuuētu
tis ſue debet offerre deo nō de fece. ſtultus eſſet qui dn̄m ſuū ciba
re vellet de pane corrupto ⁊ de furfure vite ſue. potare de fecibus
vini ſui vel exeniū ei facere de pomis corruptis ⁊ alijs fructib⁹ pu
trefactis. Ideo ꝯquerit̄ dn̄s malach.j. Si offeratis cecū ad īmolā
dū nōne malū eſt. ⁊ ſi offeratis claudū vel languidū nōne malū eſt
Si q̇s ꝑ totā vitā ſuā dn̄m ſuū nequiter impugnaret: ⁊ poſtmodū
ꝯfectus ſenio ſeruitiū ſuū ei offerret: dn̄s nō multū gratanter acci
peret. debemus ergo deferre deo opa ꝓclara ⁊ electa. qꝛ ſcriptū eſt
Eccleſiaſtici.xviij. Oē opus corruptibile in fine deficiet ⁊ qui illud
opat̄ in illo peribit. Oē opus electū iuſtificabit̄. et qui illud opat̄
honorabit̄ in illo. Et ſic patet primū ꝓpoſitū videlicet ꝙ opus no
ſtrū debemus inchoare celeriter. Secūdo in incepto debemus
laborare fideliter. Fideliter laborat qui opat̄ ex affectiōe amoris.
Amor enī facit opus meritoriū apud deū. ꝓpter q̄ḋ dicit apl's Ro
ma.viij. Diligentibus deū oīa coopant̄ in bonū. Oīa igit̄ opa vr̄a
in charitate fiāt. Sicut hortat̄ apl's.j. Corin.xiiij. Vt in oībus me-
reamur. ait etiā Gal.v. In chriſto ihesu neqꝫ circūciſio. aliq̇d valet
neqꝫ ꝓpuciū. ſed fides que ꝑ charitatē opat̄. attēde ꝙ̄ pulchra ſo
cietas fidei charitatis ⁊ opis. Fides enī eſt bonoꝝ oīū primariū
fundamētū. Nā ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Hebre.xj. Fi
des aūt ſine charitate nō valet. Sicut ait apl's.j. Corin.xiij. Si ha-
buero oēm fidē ita vt montes transferā: charitatē aūt nō habuero:
nihil ſum. Fides etiā ſine ope nō valet. Sicut docet apl's Iaco.ij
Sicut corpus ſine ſpū mortuū eſt. ita ⁊ fides ſine opibus mortua
eſt. ita nō valet opus: niſi fiat ex charitate. Sicut docet apl's.j. Co-
rin.xiij. Si diſtribuero in cibos pauperū oēs facultates. m. ⁊ ſi tra
didero corpus meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero nihil mi
hi ꝓdeſt. Similiter nec charitas ſufficit ſine opere. ſicut ait Greg.
Amor dei nunꝙ̄ eſt ocioſus. opat̄ enim magna ſi eſt. ſi aūt rēnuit
opari amor nō eſt. Ideo dicit.b. Ioh.j. ioh.iij. Nō diligamus ver
bo neqꝫ lingua ſed ope ⁊ veritate. Operatio ergo exterior meritū
habet ex interiori affectione. Affectio vō ꝓbat̄ ex opatione: ſicut
arbor cognoſcit̄ ex fructu. vita ex motu. ſemen ex germine. lapis
precioſus nō ex colore ſed potius ex virtute. ⁊ virtus medicine ex
ſanatione. Quia vō charitas primo ⁊ principaliter facit hoīeꝫ cha-
rū deo. ⁊ ꝑ ꝯſequens facit opus eſſe meritoriū. nec opus pōt place
re deo niſi prius placeat opator. Ideo btūs Iohānes ſalubriter ex
hortat̄ dicens videte voſmetipſos ne ꝑdatis q̄ opati eſtis. ¶ Itē
fideliter laborat qui opat̄ ex intentiōe honoris diuini. i. qui oīa fa
cit ꝓpter honorē dei. Sicut docet apl's Colo.iij. Oē quodcūqꝫ fa-
citis in verbo aut in ope. oīa in noīe ihesu chriſto facite. Et infra
Quodcūqꝫ facitis ex aīo operemini ſicut dn̄o ⁊ nō hominibus. et
Matth.v. dicit̄. Sic luceat lux veſtra corā hoībus: vt videāt opa
veſtra bona. ⁊ glorificent patrē veſtrū qui in celis eſt. Sic igit̄ pa-
tet ꝙ operari debemus ꝓpter dei gloriā: ſalutē ꝓpriā: edificationē
⁊ exemplū ꝓximoꝝ. Ideo dicit apl's Hebre.x. Conſideremus in-
uicem in ꝓuocationē charitatis ⁊ bonoꝝ operum. Tertio debe
mus opera noſtra viriliter ꝯtinuare. Nā oparius in vinea nō me-
ret̄ in ſero mercedē accipere. ſi victe negligenter ⁊ pigre operetur.
Dicit̄ enī Ieremi.xlviij. ſm̄ vnā litterā. Maledictus q̄ facit opus
dn̄i negligenter. Viriliter ⁊ ꝯſtanter laborant operarij: qm̄ cogitāt
ꝙ cito erit hora dimittendi opus ⁊ magnā recipiendi mercedem.
Nam ꝯſideratio mercedis minuit vim laboris. Ideo dicit apl's.j.
Corinth.xv. Fratres mei ſtabiles eſtote ⁊ īmobiles in oī ope bo-
no ſemꝑ: ſcientes qꝛ labor veſter nō eſt inanis in dn̄o. Attende q̄ḋ
opus plus diligit paterfamilias opariū qui tarde veniēs ad opus
viriliter operat̄. ꝙ̄ illū qui cito veniens remiſſius operat̄. ſicut et
dux exercitus plus diligit militē qui fugit in ꝑncipio. ſed poſtmo
dū rediens cōſtanter pugnat ⁊ ſtrēnue: ꝙ̄ illū qui nunꝙ̄ fugit nec
vnꝙ̄ ſtrēnui militis opus egit. Nam ſicut ait dn̄s Luce.xv. Ma-
ius gaudiū eſt in celo ſuꝑ vno peccatore penitentiā agente ꝙ̄ ſuꝑ
nonagintanouē iuſtis qui nō indigent penitentia. timeant ſibi ne
gligenter agentes ⁊ tepide: ne de ore dn̄i velut abominabiles euo
mant̄. Quia ſcriptū eſt apoca.iij. Quia tepidus es incipiā te euo-
mere ex ore meo. Quarto debemus opera noſtra ꝯſūmare hu-
militer. Sane humiliter operari: ⁊ de opibus noſtris hūiliter ſer-
uire debemus: qꝛ plura mala ꝙ̄ bona facimus. ⁊ qꝛ ſiqua bona fa-
cimus tante indeuotioni ꝑmixta ſunt ꝙ nō multū poſſumus glo-
riari. Ideo ps̄. Imperfectū meum viderunt oculi tui. ⁊ Yſa.lxiiij.
Quaſi pannus menſtruate omnes iuſticie noſtre. et qꝛ bona que
agimus. nō a nobis quaſi ex nobis ſunt ſed a deo. Sicut ait Yſa.
xxvj. Oīa opera noſtra operatus es in nobis dn̄e. Et aplus Phil.
j. Deus eſt qui operat̄ in nobis ⁊ velle ⁊ perficere. Et ipſa veritas
ait Iohā.xv. Sine me nihil poteſtis facere. ergo quia a deo ſunt
opera noſtra. necnō ⁊ ipſa voluntas operandi: ⁊ ſm̄ gratiā nobis
datam ⁊ frequenter oblatam nobis a deo: negligenter ⁊ non ſatis
fideliter operamur. ideo non nobis ſed deo debemus gloriam at-
tribuere. Ceterū: qꝛ pleruꝫqꝫ putamus bonū opus eſſe. ꝙ malū eſt
vel maius eſſe ꝙ̄ ſit: ⁊ meritoriū eſſe q̄ḋ nō eſt: vel maioris eſſe me
riti apud deum. Ideo in ſingulis operibus noſtris ſi diligenter cō
ſideremus. non gloriari ſed potius formidare debemus. ꝓpter q̄ḋ
dicebat Iob. Verebar oīa opera mea ſciens ꝙ nō parceres delin-
quenti. Et ſapiens ait Eccleſiaſtici.x. Noli extollere te in faciendo
opere tuo. Beatus quoqꝫ petrus āmonet dicens. Cū metu ⁊ tre-
more ſalutē veſtrā operamini. Debemus aūt opera noſtra con
ſūmare ⁊ ad finē vſqꝫ perducere. Videmus enī ꝙ oīs artifex cum
opus aliq̄ḋ ſue artis inceperit. nō ceſſat donec illud ad cōplemen-
tū perduxerit. Sicut oſtendit ſapiens in multis exemplis dicens
Eccleſiaſtici.xxxviij. Oīs faber ⁊ architectus q̄ noctē tanꝙ̄ diē trāſi
git cor ſuū dabit in ſilitudinē picture: ⁊ vigilia ſua perficiet opus.
Sic ferrari⁹ ſedēs iuxta incudē ⁊ ꝯſiderās opus ferri. cor ſuū da-
bit in ꝯſūmationē operū: ⁊ vigilia ornabit in ꝑfectionē. Sic figu-
lus ſedens ad opus ſuū qui in ſollicitudine poſitus eſt ſuꝑ opus
ſuū: in miſericordia eſt oīs opatio eius. Eodē mō pōt induci in oī
bus alijs. Et ſicut ait dn̄s Matth.x. ⁊ xxiiij. Nō q̄ bn̄ ceperit ſed
qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. Sine ꝑſeuerātia nāqꝫ
nec opus meritū habet: nec labor ꝓmiū: nec curſus brauiū: nec ſer
uitiū grām: nec pena quātūcūqꝫ afflictiua coronā. Sicut patet in
legenda.xl. martyꝝ de illo q̄ cucurrit ad balneū ⁊ ibi deficiēs coro
nā perdidit preparatā. ꝑſeueremus ergo in bono ope q̄ḋ cepimus
exemplo dn̄i. de quo dicit̄ Deutro.xxij. Dei ꝑfecta ſunt opa. et de
ſeipſo dicit Ioh.xvij. Opus cōſūmaui q̄ḋ dediſti mihi vt facerē.
Et nūc ſequit̄: Et ego ad te venio. ecce ergo dei filius nō ꝑuenit ad
patrē niſi noſtre ſalutis opere cōſūmato. In quo loco clarius no-
bis oſtendit̄ ꝙ nos multominus ad patrē glorie peruenire poteri
mus. niſi in bonis operibus perſeuerantiā teneamus. Vn̄ iudeis
perfidis deſcenſum de cruce chriſto ſuadentibus dum operabat̄
ſalutē in medio terre nullatenus acquieuit. ne nr̄e ſalutis opus re
linqueret imperfectū. Ber. Dolebat ſane venenati ſerpētis aſtutia
exaltatū in deſerto ſerpentē eneum. cuius intuitu aīarum noſtraꝝ
vulnera ſanabant̄. eo quippe tendebat malicioſa ꝑſuaſio. non vt
ꝑfidi iudei crederent dicētes. ſi rex iſrael eſt deſcendat nūc de cru-
ce ⁊ credimus ei. ſed noſtra quoqꝫ ſiqua eſſet in eum fides modis

omnibꝰ deperiret. Legẽtes eñi Dei perfecta ſunt opera: quõ illũ fateremur deũ eſſe: qui noſtre ſalutis opus reliquiſſet impfectũ. Nos quoqꝫ ſi ſequi volumꝰ caput noſtrũ: non ceſſemꝰ agere penitẽtiã: nõ ceſſemus tollere crucẽ noſtrã: pſeuerãtes in ea: ſicut ipſe perſeuerauit. Fiduciã habẽtes in dño: ꝙ qui cepit in nobis opus bonũ perficiet. Sicut ait apl's Petrus .j. Pe. v. Deus aũt oĩs grẽ: qui vocauit vos in eternã gloꝛiam ſuam in chriſto ihesu modicũ paſſos: ipſe perficiet: confirmabit: ſolidabitqꝫ: ipſi gloꝛia ⁊ imperium in ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ De operũ fine ⁊ fructu. DISTIN. .III.

POſtquã declarauimꝰ genus ⁊ ſpeciẽ noſtre operatiõis: modũ ⁊ feriẽ nr̃e executionis: Nũc videamꝰ fructũ ⁊ finẽ noſtre intentionis. Sciẽdũ eſt autẽ: ꝙ propter quattuoꝛ ſpecialiter ad operandũ moueri debemus. videlicet propter pericula deuitãda. propter merita cumulãda. propter delectationẽ internã. ⁊ propter retributionẽ eternã. Primo quidẽ operari debemꝰ propter pericula precauẽda. Cũ eñi coꝛ hominis ocioſum eſſe nõ poſſit: ſed neceſſario circa aliquid occupet̃: ſicut docet Anſelmus libro de ſimilitudinibꝰ: coꝛ hominis cõparãs molendino: cuius rota voluit̃ inceſſanter. ſi non fuerit intentũ circa aliquod opus bonũ: vndiqꝫ patet aditus vitioꝝ. Sane nõ intentũ circa vnũ: quod eſt neceſſariũ: nec ſacris operibꝰ occupatũ: euagat̃ circa plura minꝰ vtilia: et cito defluit ad nociua. Et hoc cõtingit interdum ex hoſtis inſtigatione: vel ex carnis coꝛruptione: vel ex ipſius coꝛdis euagatiõe. Ex hoſtis inſtigatione cõtingit vtplurimũ: quia cũ magnꝰ ille paterfamilias omni hoꝛa. i. mane hoꝛa tertia: ſexta: nona: vndecima: mittat operarios in vineam ſuã. Sicut ſcriptũ eſt Math. xx. Quos diabolus in vinea nõ operãtes inuenit: ad opera ſua mittit. Propter quod ait Hiero. Semper aliquid boni facito: ne te diabolus inueniat ocioſum. Ex carnis vo coꝛruptione frequẽter mens hominis a ſpiritualibꝰ ⁊ diuinis retrahit̃: ⁊ in carnalibꝰ emollit̃: niſi ſacris operibꝰ occupet̃. Propter quod ſapiens a carnis ſeruitute volens abſtrahere: ⁊ ad libertatẽ ſpũs eleuare: ait Eccĩ. xxxiij. Cibaria neceſſarie ſuſtẽtationis: ⁊ virga caſtigationis: ⁊ onus operationis. aſino. i. coꝛpoꝛi. panis ne deficiat. ⁊ diſciplina ne laſciuiat. et opus vt pficiat ſeruo. i. coꝛpoꝛi. tã aſini ꝙꝫ ſerui nominibꝰ carnẽ ſignificat: que dure ſuſtentanda eſt: rigide refrenanda: ⁊ in ſacris operibus occupãda. Sequit̃: Iugũ ⁊ loꝛũ curuant collũ durũ. Et ſeruũ inclinãt operationes aſſidue. Seruo maliuolo toꝛtura ⁊ cõpedes. mitte illũ in operationẽ ne vacet. Multã eñi malitiam docuit ocioſitas. In opere cõſtitue illũ: ſic eñi cõcedet illũ. Attẽde ꝙꝫ diſtricte macerauerũt carnẽ ſuã ſancti patres Iohãnes baptiſta: Benedictꝰ Antonius Hieronymꝰ: ⁊ oẽs alij. Paulus ſpecialiter de ſeipſo teſtat̃ Caſtigo inquiẽs coꝛpus meũ: ⁊ in ſeruitutẽ redigo: ne foꝛte cũ alijs predicauerim: ipſe reprobꝰ efficiar. j. Coꝛin. ix. Diligẽter aduerte: ſi paulus vas electionis: qui tot terras predicãdo circuiuit: tot animas ad chriſtũ cõuertit: tot ⁊ tãta pro chriſto ſuſtinuit: ſicut ipſemet teſtatur. j. Coꝛin. xv. Ter virgis ceſus ſum: ſemel lapidatus ſum: ter naufragiũ feci: nocte ac die in profundo maris fui. Et iterũ: In laboꝛibus plurimis: in plagis ſupꝛa modũ: in moꝛtibus frequẽter. ⁊ multa talia ſic enumerat. Deniqꝫ raptus eſt in paradiſum: ⁊ audiuit arcana verba: q̃ non licet homini loq̃. Si inquit ita eſt: ꝙ talis ac tantus caſtigat coꝛpus ſuũ ⁊ in ſeruitutem redigit: ne foꝛte reprobus efficiat̃: Quid nos miſeri dicturi ſumus: qui defectibꝰ pleni ſumus: qui peccata peccatis ſine numero cumulamꝰ: ⁊ tñ carnẽ miſerã in delicijs cõfouemꝰ. Ideo dicit Apl's Gal. vj. Qui chriſti ſunt: carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vitijs ⁊ cõcupiſcẽtijs. Et Ro. viij. Si ſm carnẽ vixeritis moꝛiemini. Ex mentis vo euagatiõe pcedũt pericula. Sicut docet Sapiẽs puer. xxj. Deſideria occidũt pigrũ. noluerũt eñi quicquã operari manꝰ eiꝰ: tota die cõcupiſcit ⁊ deſiderat. Videas hominẽ ocioſum nũc verbis effluere: nũc rumoꝛes inquirere: nunc ludos perquirere: nunc cãpos: nũc flumina: nũc nemoꝛa vagãdo inaniter circuire: ſomnũ diligere: ciboꝝ delicias: ⁊ vinoꝝ varietates cõcupiſcere: appetere terrena: ſpũalia faſtidire: diuerſis cogitationibꝰ variari: varijs affectionibus trãſfoꝛmari: oĩmodis paſſionũ trãſmutationibꝰ agitari Et ſic in eo verũ eſt: quod dicit̃ Iob. xx. Cogitationes varie ſuccedunt ſibi: ⁊ mens in diuerſa rapitur. ¶ Secũdo operari debemus propter lucra. i. merita cumulãda ſiue conquirẽda. Videmus eñi mercatoꝛes: agricolas: ⁊ oẽs artifices operari ſollicite propter lucrũ ⁊ tempoꝛales diuitias acquirẽdas. Quãto magis deberemus totis viribus operari: propter ſpũales diuitias pmerendas. Ideo hoꝛtat̃ Apl's Colo. iij. Ambuletis digne deo ꝑ omnia placẽtes: in omni opere bono fructificãtes. Pẽſate verba. Ambuletis inq̃t. i. de bono in melius pficiatis. Digne deo. i. vt ſitis digni deo. Per oĩa placẽtes. i. vos placeatis deo per omnia opera veſtra: ⁊ ꝑ vos opera veſtra placeãt deo: in omni opere bono fructificãtes. Nota vnaqueqꝫ arboꝛ vnam ſpeciem fructus pfert. Sicut ait ſaluatoꝛ Luc. vj. Unaqueqꝫ arboꝛ ex fructu ſuo cognoſcitur. Neqꝫ eñi de ſpinis colligũt ficus: neqꝫ de rubo vindemiant vuam. Sed arboꝛ ſpũalis omnẽ fructum bonoꝝ operũ ferre debet. Mirabilis eſſet hominibꝰ arboꝛ vna: que oĩa genera fructuũ ex ſe pduceret. Sed arboꝛ ſpũalis nõ eſt recte fructifera: niſi ex ſe pferat fructꝰ. i. opera omniũ virtutũ. Sunt nãqꝫ nõnulli qui continent: ſed ab opere bono toꝛpẽt. Alij multa bona opera faciunt: ſed nõ continẽt. Sed ſicut ait Grego. Nec caſtitas magna eſt ſine bono opere: nec opus bonũ eſt ſine caſtitate. Alij cõtinẽt ſed nõ abſtinẽt. Alij ecõuerſo. Alij abſtinẽt quidẽ ⁊ continẽt: ſed ꝑ ſuperbiã intumeſcũt. Alij ſobrij ſunt caſti ⁊ humiles: ſed nõ compatiunt̃ afflictis: aut cõpatiẽtes vel verius cõpati ſe dicẽtes: pietatẽ in opere nõ oſtẽdũt. Sic intellige de alijs operibꝰ virtuoſis. Propter quod bene dicit Apoſtolus in auctoꝛitate premiſſa. In omni opere bono fructificãtes Nota ſicut mercatoꝛ induſtrius in diuerſis venaliũ rerũ generibꝰ mercationẽ ſuã exercet: vt in pluribꝰ lucrando diuitias ſuas plus augmentet: Sic ſpũalis mercatoꝛ debet in omnibꝰ operibꝰ bonis exerceri: vt in oĩbus mereat̃. Nã qui in omni opere bono fructificat: in omni bono abundat. Ait Sapiẽs Prouerbi. xiiij. In omni opere bono erit abundantia. Sed quia in tẽpoꝛalibꝰ abundantes vtplurimũ ſolent carere ſpũalibꝰ: vel minꝰ pꝛe ceteris abundare: Ideo dicit Apl's. j. Thi. vj. Diuitibus huius ſeculi precipe nõ ſublime ſapere: nec ſperare in incerto diuitiarũ: ſed in deo viuo diuites fieri in operibꝰ bonis. Iſte ſunt vere diuitie: que ⁊ verã ſufficientiã tribuũt: ⁊ ineffabiliter locupletãt animã: nec in caſu neceſſitatis vel moꝛtis eã deſerũt: ſed cũ ea permanẽt in eternũ. Sicut dicit̃ Apo. xiiij. Bti moꝛtui: qui in dño moꝛiunt̃: opera eñi illoꝝ ſequunt̃ illos. Uñ Bern. ait: Vere diuitie nõ opes ſunt: ſed virtutes: quas ſecũ conſciẽtia poꝛtat: vt in perpetuũ diues fiat. Sed ve filijs adam mũdana cupiditate cecatis: qui terrena ſapiũt: ſpiritualia paruipendũt: tempoꝛales diuitias totis viribus ⁊ modis omnibꝰ quibus poſſunt aggregãt: ſpũales cõtẽnentes: aut operari negligũt: aut quod eſt lõge deterius: opera nephãda perpetrãt. vñ nudi ⁊ rei de mũdo exeunt: nihil ſecũ preter peccata poꝛtãtes: ⁊ in egeſtatẽ perpetuã incidẽtes. Quia ſcriptũ eſt: Egeſtatem operata eſt manꝰ remiſſa: manus autẽ foꝛtiũ diuitias parat. Penſa quantam penuriã ſuſtinebat ille diues: qui ardoꝛe gehẽne ineffabiliter cruciatus: vnã guttã aque non potuit impetrare. ¶ Tertio operari debemꝰ propter delectationẽ internã. Omne eñi virtuoſum opus delectationẽ quandã habet annexam. ⁊ qui operat̃ illud: delectatur in eo. Sicut ecõtrario: omne malũ ſequit̃ remoꝛſus conſcientie. Hec delectatio eſt quaſi quedã remuneratio: ſed nõ plena: vel potius quedã pꝛelibatio remuneratiõis future. Quis eñi plantat vineam: ⁊ de fructu illius nõ edit: ait Apl's. j. Coꝛinth. ix. Nã ſicut ait Sapiens Prouer. xij. Qui operat̃ terrã ſuã: ſatiabit̃ panibus. Et. xiij. Aĩa operantiũ impinguabit̃. Et ipſa veritas ait Math. x. Dignus eſt operarius cibo ſuo. Quis aũt ſit iſte cibus: teſtat̃ ipſe Ioh. xiij. Meus cibus eſt: vt faciã volũtatẽ eius qui miſit me: vt perficiã opus eius. Ad hunc cibũ hoꝛtat̃ ipſe Ioh. vj. dicẽs: Operamini non cibũ qui perit: ſed qui permanet in vitã eternã. Nota ꝙ dicit permanet: quia hic inchoat̃: ibi autẽ nõ ceſſat: ſed pmanet in eternũ. hic valde tenuiter pregustat̃: ibi in ſua plenitudine miniſtrat̃. Quarto operari debemus propter retributionẽ eternã. Magnus eñi paterfamilias qualibet hoꝛa mittens operarios in vineã: conuẽtione facta cũ eis ex diurno denario: facto ſero dicit procuratoꝛi ſuo: Voca operarios: ⁊ redde illis mercedẽ. Paterfamilias eſt deus pater: chriſtus aũt huius vinee pcuratoꝛ. In ſero id eſt in vltima hoꝛa vite noſtre vocat dñs operarios: nõ ocioſos: nõ pigros: nõ operarios iniq̃tatis: ſed operarios veritatis. Merces que reddit̃ operarijs: eſt diurnꝰ denarꝰ. i. eterna dei viſio ſm Auguſti. Ad hanc mercedẽ acquirendã hoꝛtat̃ Sapiẽs Eccĩ vlti. Operami opus veſtrũ ante tempꝰ: ⁊ dabit vobis mercedẽ in tpe ſuo. i. tẽpoꝛe opoꝛtuno. Et ipſe dñs ait Apoc̃. vlti. Ecce venio cito: et merces mea mecũ eſt: reddã vnicuiqꝫ ſm opera ſua. Ex his verbis intellige: ꝙ opus noſtrũ eſt breuiſſimũ. Quod notat̃ cũ dicit Venio cito. videlicet in ſero moꝛtis ad retribuendũ: qui cito ſe vẽturũ aſſerit. Breui tẽpoꝛe nos monuit operari: merces autẽ operis eſt eterna Sicut ſcriptũ eſt Eccĩ. xviij. Nõ verearis vſqꝫ ad moꝛtẽ iuſtificari: qm̃ merces dñi manet in eternũ. Item opus noſtrũ eſt

leuiſſimū merces aūt immēſa ⁊ hoc inſinuat cū3 dicit. merces mea
ideſt quā me decet reddere. ipſu3 aūt dñm largitatis īmenſe nō de
cet niſi mercedē immēſa3 retribuere. q2 ipſemet immēſus ⁊ immēſi
tas eſt ipſa merces. Sicut ait abrahe geñ. xv. Noli timere ego pro
tector tuus ſu3 ⁊ merces tua magna nimis. l3 aute3 hec merces in ſe
ſimpliciter ſit īmēſa. tñ ꝓportionalit̄ reddit̄ vnicuiq3 ſcd̄3 ſuoꝝ ope
rū quātitatē: ꝓpter qd̄ ait. Reddere vnicuiq3 ſcd̄3 opa ſua. Et h̄ eſt
ꝙ dicit apl's. j. cori. iij. vnuſqſq3 ꝓpriā mercedē accipiet ſcd̄3 laborē.

¶ De operū ꝑncipio ꝑncipali. DIS. IIII.

POſtquā declarauimus opeꝝ noſtroꝝ genus ⁊ ſpeciē modū ⁊ ſeriē fructū ⁊ fine3.
Nūc reſtat declarare ortū ⁊ originē. Sciendū aūt eſt ꝙ
duplex eſt opeꝝ noſtroꝝ origo ſiue ꝑncipiū. Quedā enī
ſūt ꝑncipia intrinſeca ⁊ quedā extrinſeca. Principia intrinſeca ſūt
potētie habitus ⁊ paſſiōes ſcd̄m phm̄. ij. ethi. Extrinſeca vero prin
cipia poſſunt intelligi vel ex pte dei q̄ ſolus eſt actor ⁊ motor volū
tatis hūane. vel ex parte obiecti. Ex parte quidē dei q̄ ſol⁹ pōt mo
uere principaliter ⁊ directe volūtatē hoīs ad volendū. Sumunt̄ ex
trinſeca principia multis modis. Deus enī eſt operū noſtroꝝ princi
piū: principaliter operādo. ſpecialiter inſpirādo. efficaciter adiuuā
do. imperialiter aſtringēdo ⁊ exēplariter excitādo. ¶ Prio quippe
deus eſt operū humanoꝝ principiū principaliter operando: q2 cau
ſa prima plus influit in cauſatū q̄3 cauſa ſecūda. ſicut habet̄ propo
ſitione de cauſis. vnde omnis motus ⁊ omnis actio tam corporalis
q̄3 ſpiritualis reducitur in primum mouens. ⁊ in primū agens ſim
pliciter quod eſt deus. ⁊ ideo quantūcunq3 natura aliqua corpora
lis vel ſpiritualis ponatur eſſe perfecta naturaliter. tamē non poteſt
in actū ſuum procedere niſi moueatur a deo. Non ſolu3 autē ab ip
ſo eſt omnis motio ſicut a primo mouēte. ſ3 etiā ab ipſo eſt omnis
perfectio naturalis ſicut a primo actu. Sic igit̄ omnis operatio no
ſtra dependet a deo quātū ad duo. Uno modo ĩquātū ab ipſo ha
bemus omne3 perfectionē naturalē per quā agere poſſumus. Alio
modo inquantū ab ipſo mouemur ad agendu3. propter qd̄ dicitur
yſa. xx. Omnia opera noſtra opatus es in nobis. ⁊ j. corin. xij. Jde3
deus qui operatur omnia in omnibus. ¶ Secundo deus eſt cauſa
operum noſtrorum ſpiritualiter inſpirando. vt non ſolum habea
mus ab eo operandi poteſtatem. verumetiam voluntatem. ſicut di
citur phil'. ij. Deus eſt qui operatur in nobis. ⁊ velle ⁊ perficere pro
bona voluntate ſua. ſ. q. d. hoc eſt ex mera bonitate ſua ⁊ libera vo
luntate. Deus ergo ſua gratuita bonitate dat nobis vt poſſimus
bonum agere. dat etiam vt velimus. non enim ſufficientes ſumus
cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis. j. corin. iij. Si igit̄ non ſu
mus ſufficientes ex nobiſipſis bonum aliquid cogitare. multomi
nus ſufficiētes ſumus velle ⁊ adhuc minus agere ſeu ꝑficere. Ter
tio deus eſt cauſa operum noſtrorum virtualiter adiuuando: infun
dendo. ſ. gratiam ⁊ virtutes vt non tantū poſſimus nec ſolum vt ve
limus. ſed etiam vt expedite faciliter ⁊ delectabiliter operemur. vn
de Gal'. iij. Qui tribuit nobis ſpiritū. i. voluntatem inſpirat: vel ſpiri
tum ideſt gratiā ſpiritusſancti: operat̄ ⁊ virtutes in nobis. ¶ Quar
to deus eſt operum noſtrorum cauſa imperialiter obligādo ꝑ lege3
videlicet ⁊ precepta Leui. xviij. facietis iudicia mea ⁊ precepta mea
ſeruabitis. Sequitur. Cuſtodite leges meas. Lex autem ſcripta nō
eſt aliud q̄3 explicatio legis naturalis que in cordibus noſtris natu
raliter eſt impreſſa. Sic ait apoſt. Ro. ij. cum gentes que lege3 non
habent naturaliter ea que legis ſunt faciunt: oſtendunt opus legis
ſcriptum in cordibus ſuis: quādo primū hominē que3 formauerat
poſuit deus in paradiſo voluptatis: ſtatim lege3 dedit ei de operan
do. Geñ. ij. poſuit eū in paradiſo volup. vt operaretur. ſimilit̄ poſt
peccatū. Unde dicitur ibidem. iij. Emiſit eū dominus deus de para
diſo voluptatis vt operaret̄ terra3 de qua ſumptus eſt. Et Joh. vj.
Operamini cibu3 qui non perit. Et Math. xx. Conuentione facta
cū operarijs ex deñ. di. miſit eos in vineā ſuā. Jtem phil'. ij. Salute3
veſtrā operamini. ſic igit̄ deus eſt cā opeꝝ noſtroꝝ irrefragabiliter
imperādo ⁊ per legē ⁊ precepta firmiter obligādo. ¶ Quinto deus
eſt cauſa operum noſtrorum exemplariter informando. vnde chri
ſtus deum patrē ⁊ ſemetipſum proponit nobis in exemplar dicens
Joh. v. Pater meus vſq3 mō operat̄ ⁊ ego operor. Jnſpice ergo ⁊
fac ſecundum exemplar qd̄ tibi monſtratu3 eſt in monte Exo. xxv.
Cōſiderare debemus ꝙ illud exemplar altiſſimū. ſ. deus pater q̄ lu
cē inhabitat inacceſſibilē. j. thi. vj. nobis erat improportionatū ⁊ in
acceſſibile. Jdeo dei filius factus eſt homo ſimilis nobis paſſibilis
viſibilis ⁊ acceſſibilis. imo valde. familiaris vt nos ⁊ verbis iſtrue
ret ⁊ exēplis operū informaret: qui nos prius inſtruxerat ꝑ legē ve
terem que nimis grauis homini videbatur. Jdeo dedit legem gra
tie valde leuē: ſed ꝙ eſt incompabiliter maius ⁊ dulcius: ſeipſu3 to
tū nobis ꝑbuit in exēplar: Nullū ꝑfecto aliud exēplar poterat da
re nobis: qd̄ nos ad opandū magis accēderet vel efficacius excita
ret: qñ enī principes ⁊ alijs maiores in pplo man⁹ apponūt ad op⁹
mītū excitāt ⁊ animāt ſubditos ad ſilr operādū. Unde nee. iij. pro
uocatū eſt cor ppli ad operandum qñ. ſ. viderūt ꝑncipes opantes.
¶ Ex pte vo obiecti pōt intelligi ꝙ aliquid pōt mouere volūtate3 ⁊
eſſe cā operū noſtroꝝ tripliciter. Uno mō ipſum obiectū ꝓpoſitum
appetitui ſenſitiuo vel etiā intellectiuo: mouet aliq̄liter ⁊ ĩclinat. ſic
cibus excitat deſideriū hoīs ad edendū. Alio mō ille qui ꝓponit vl'
offert hmōi obiectū. Tertio ille qui ꝑſuadet obiectū ꝓpoſitū habe
re rationē boni quia in hoc ꝓponit obiectū proprium voluntati qd̄
oſtendit illud eſſe bonū verū vel apparēs. Primo igitur mō res ſen
ſibiles exterius apparētes mouent voluntatem hominis ad volen
dū bonū vel malum. ſicut cōſideratio creaturarum mouet ⁊ inducit
hominē ad laudandū ſapiam: honorandu3 omnipotentiā: ⁊ aman
dum bonitatē creatoris: ⁊ ecōtra. delectatio q̄ inuenitur in creaturī
⁊ varietas pulchritudinis inſipientib⁹ eſt occaſio concupiſcentie ⁊
multiplicis deceptionis. ſicut dicit̄ ſap. xiiij. creature dei in odium
facte ſunt: ⁊ in tentationē anime hominū: ⁊ in muſcipulā pedib⁹ in
ſipientiū. Scd̄o aute3 ⁊ tertio modo: poteſt homo hominem excita
re vel inclinare ad bonum vel malum agendū. diabolus vero ex in
tentionis ſue peruerſitate nititur ⁊ intendit inducere ad peccatū vel
offerendo aliquid appetibile ſenſu vel ꝑſuadēdo rationi. Jnter ꝑn
cipia intrinſeca que ſunt potentie: habitus ⁊ paſſiones. de ſolis paſ
ſionibus fiet hic conſideratio: q2 de potentijs anime tractare nō in
tendimus in hoc libro. De habitibus vero virtutum aliqui ſunt ac
quiſiti ex actibus: ⁊ aliq̄ diuinitus ſunt infuſi: habitus acquiſiti ſūt
intrinſeca principia actuum humanorum. habitus autem infuſi in
ter extrinſeca principia computantur pro eo ꝙ ab extrinſeco infun
duntur. Quia igitur principalis intentio theologice cōſiderationis
eſt agere de virtutibus infuſis que nobis infundunt̄ a deo ⁊ homi
nem ordināt ad ſupernaturalē beatitudine3 ⁊ eternā. ideo de virtu
tibus acquiſitis nihil dicemus ad preſens ſed infra cum de infuſis
agemus. Primo itaq3 conſiderandum eſt de principijs intrinſecis
actuum humanorum. ſecūdo de principijs extrinſecis.

¶ De operum principio intrinſeco. DIS. V.

DE principijs intrinſecis actuū humanoꝝ. i. paſſioni
bus anime. Primo conſiderandum eſt in genera
li. Secūdo in ſpeciali. Jn generali quattuor conſideran
da ſunt. Primo quidē de ſubiecto earū. Secūdo de dif
ferentijs earum. Tertio de bonitate ⁊ malicia earum. Quarto de or
dine earum adinuicē. Circa primu3 conſideranda ſunt tria. Primo
vtrum paſſiones ſint in anima ⁊ quomodo. Scd̄o ꝙ in parte appe
titiua mag' q̄3 in parte apprehenſiua. Tertio ꝙ ſunt in appetitu ſen
ſitiuo mag' q̄3 in intellectiuo. ¶ Ad primū patet ſcd̄3 phm̄ in tertio
ethi. Jn anima ſunt tria. potentie paſſiones ⁊ habitus. Sciendū au
tem ꝙ pati dicit̄ dupliciter. Uno modo cōmuniter ſm̄ ꝙ omne re
cipere eſt pati etiam ſi nihil abijciatur a re. ſicut ſi dicatur aerem pa
ti quādo illuminatur. hoc autem magis proprie eſt perfici q̄3 pati.
Alio modo dicit̄ pati proprie qñ aliquid recipit̄ cū alterius abiecti
one. Sed hoc cōuenit dupliciter. Uno mō qñ abijcit̄ ꝙ nō eſt con
ueniens rei. ſicut cu3 corpus aīalis ſanat̄ dicit̄ pati: q2 recipit ſanita
tē egritudie abiecta. Alio mō qñ ecōuerſo. ſic̄ egrotare dicit̄ pati: q2
recipit̄ infirmitas ſanitate abiecta: ⁊ hic ē ꝓpriiſſim⁹ modus paſſio
nis. Nā pati dicit̄ ex eo ꝙ aliquid trahit̄ ad agendū: ꝙ aūt recedit
ab eo ꝙ ē ſibi ꝯueniēs maxīe videt̄ ad aliud trahi: ⁊ ſilr in prio de
generatiōe dicit̄ ꝙ qñ ex ignobiliori generat̄ nobili⁹ eſt generatio
ſimplr: ⁊ corruptio ſm̄ quid. Econuerſo aūt qñ ex nobiliori genera
tur ignobili⁹ ex his trib⁹ modis ꝯtingit eē paſſionē in aīa. nā ſcd̄m
receptionē tm̄ dicit̄ ꝙ ſentire ⁊ intelligē eſt qd̄dā pati. paſſio aute3
cū abiectiōe nō eſt niſi ſcd̄m trāſmutationē corporalē. vñ paſſio ꝓ
prie dicta nō pōt ꝯpetere anime niſi ꝑ accidēs inquātū. ſ. ꝯpoſitum
patit̄: ſed in hoc ē diuerſitas. Nā qñ huiuſmodi trāſmutatio fit in
deterius mag' ꝓprie h3 nomē paſſiōis q̄3 qñ fit ī meli⁹. vñ triſticia
mag' ꝓprie eſt paſſio q̄3 leticia. ¶ Ad ſcd̄m. ſ. ꝙ paſſiones habent
eſſe in parte aīe appetitiua magis q̄3 in apprehenſiua. Sciendu3 ꝙ
ſic̄ Aug. dicit. ix. de ciuita. dei. Motus animi quos greci pathe. no
ſtri aūt quidam vt Cicero perturbationes. quidam affectiones vel
affectus. qdā vero ſicut in greco expreſſius paſſiōes vocant. Ex quo
patet ꝙ paſſiōes idem ſunt qd̄ affectiones: ſed affectiones manife
ſte pertinent ad partē appetitiuā ⁊ non ad apprehenſiuā. Jn nomi
ne enī paſſionis importat̄ ꝙ patiens trahatur ad id qd̄ eſt agentis
magis autē trahitur anima ad rem per vim appetitiuam. q̄3 ꝑ vim

apprehenſiuam. Nam per vim appetitiuam anima habet ordinem
ad ipſas res vt prout in ſeipſis ſunt. vt phs dicit in. vj. metha. ꝙ bo
nū ⁊ malū que ſunt obiecta appetitiue potentie ſunt in ipſis rebus
vis autē apprehenſiua nō trahitur ad reꝫ. ſm ꝙ in ſeipſa eſt ſed co-
gnoſcit eā ſm intentionē rei quā in ſe hꝫ vel recipit ſm propriū mo
dum. vnde ⁊ ibidem dicitur ꝙ verū ⁊ falſuꝫ que ad cognitionē per-
tinent. nō ſunt in rebus ſed in mente. Unde patet ꝙ ratio paſſiōis
magis inuenit̄ in parte appetitiua ꝙ̄ꝫ in parte apprehenſiua. hoc au
tem cōtrario modo ſe habet in his que pertinent ad perfectioneꝫ ⁊
in his que pertinent ad defectū. Nā in his que pertinent ad perfe-
ctionē attendit̄ intenſio per acceſſum ad vnū primū principiū. quia
quāto aliquid eſt propinquius tanto eſt magis intenſum. ſicut in-
tentio lucidi attendit̄ per acceſſuꝫ ad aliq̄d ſumme lucidū cui quā-
to ad aliq̄d magis appropinquat. tāto eſt magis luciduꝫ. Sꝫ in his
que ad defectū pertinent attenditur intenſio nō per acceſſum ad ali
quod ſummū. ſed per receſſum a perfecto: quia in hoc ratio priua-
tionis ⁊ defectus conſiſtit. ⁊ ideo quāto minus recedit a primo tā-
to eſt minus intenſum ⁊ propter hoc ſemper in principio inuenitur
paruus defectus q̄ poſtea procedēdo magis multiplicat̄. paſſio au
tē ad defectū pertinet qꝛ eſt alicuius ſꝫ ꝙ eſt in potētia. vnde in his
que appropinquant primo ꝑfecto. ſ. deo inuenit̄ parū de ratiōe po
tentie ⁊ paſſionis. in alijs aūt ꝯuenienter plus ⁊ ſic etiaꝫ in priori vi
anime. ſ. in apprehēſiua inuenit̄ minus de ratione paſſiōis. Licet
autē paſſio proprie loquēdo fiat ſm aliquā tranſmutationē corpo-
ralē tranſmutatio auteꝫ corporalis fieri pōt tam in parte anime ap-
prehenſiua ꝙ̄ꝫ in appetitiua. qꝛ vtraqꝫ alligata eſt organo corporali
nihilominus tamē huiuſmodi trāſmutatio pōt dupliciter fieri: q̄a
organū corporale pōt dupliciter trāſmutari. Uno modo trāſmuta
tione ſpirituali. ſcḋm ꝙ recipit intentiōeꝫ rei. ⁊ hoc per ſe inuenitur
in actu apprehenſiue virtutis ſenſitiue: ſicut oculus immutat̄ a viſi
bili nō ita ꝙ coloret̄ ſed ita ꝙ recipiat intentionē coloris. Eſt auteꝫ
alia materialis trāſmutatio organi prout organū tranſmutat̄ ꝙ̄ꝫtuꝫ
ad ſuā naturalē diſpoſitionē. puta ꝙ caleſit aut infrigidat̄ vel alio
ſimili modo tranſmutat̄. Et huiuſmodi tranſmutatio per accidens
ſe hꝫ ad actū apprehenſiue virtutis ſenſitiue. puta cū oculus fatiga-
tur ex forti intuitu vel diſſoluit̄ ex vehemētia viſibilis. ſꝫ ad actum
appetitus ſenſitiui per ſe ordinat̄ huiuſmodi trāſmutatio. vnde in
diffinitiōe motuū appetitiue partis materialiter ponit̄ aliqua ma-
terialis tranſmutatio organi. ſicut dicit̄ ꝙ ira eſt accēſio ſanguinis
DEinde ↄſiderandū eſt de cauſis doloris: ⁊ circa hoc querunt̃ q̃ttuoꝛ. Primo vtrū bonū amiſſū ſit cā doloris vl̃ mag̃ malū ↄiunctū. Scd̃o vtrū cõcupiſcentia ſit cauſa doloris. Tertio vtrū appetitus vnitatis ſit cauſa doloris. Quarto vtrū poteſtas cui nõ poteſt reſiſti ſit cauſa doloris. ¶ Ad primū .ſ. vtrū bonū amiſſum magis ſit cauſa doloris ꝙ̃ malū cõiunctū. dicendū ꝙ ſi hoc mõ ſe haberent priuatiões in appꝛehenſione aĩe: ſicut ſe habent in ipſis rebus iſta queſtio nullius momenti eſſe videret̃. malū enĩ eſt priuatio boni. priuatio aũt in rerū natura nihil aliud eſt ꝙ̃ carentia oppoſiti habitus: ſm̃ hoc ergo idem eſſet triſtari de bono amiſſo et de malo habito: ſed triſticia eſt motus appetitus appꝛehenſionẽ ſequentis In appꝛehenſione aũt ipſa priuatio habet rationẽ cuiuſdã entis. vñ dicit̃ ens rationis: ⁊ ſic malū cum ſit priuatio ſe habet ꝑ modū ↄtrarij. ⁊ ideo quantū ad motū appetitiuū differt. vtrum reſpiciat principalius malū ↄiunctū vel bonū amiſſū: ⁊ q꜠ motus appetitꝰ animalis hoc mõ ſe habet in operationibus aĩe: ſicut motus naturalis in rebus naturalibꝰ: ex ↄſideratione naturaliū motuū vnitas accipi poteſt. Si enĩ accipiamus in motibus naturalibus acceſſū ⁊ receſſū. acceſſus ꝑ ſe reſpicit id qđ eſt ↄueniens nature. receſſus aũt ꝑ ſe reſpicit id qđ eſt ↄtrariū: ſicut graue ꝑ ſe recedit a loco ſuperioꝛi. Accedit aũt naturaliter ad locū inferiorẽ. ſed ſi accipiamꝰ cauſam vtriuſq; motus .ſ. grauitatẽ. ipſa grauitas ꝑ prius inclinat ad locum deoꝛſum ꝙ̃ retrahat a loco ſurſum a quo recedit vt deoꝛſum tendat. ſic igit̃ cum triſticia in motibus appetitiuis ſe habeat ꝑ modū fuge vel receſſus. delectatio autẽ ꝑ modū ꝓſecutionis vel acceſſus ſicut delectatio ꝑ prius reſpicit bonū adeptū quaſi ꝓprium obiectū: ita triſticia reſpicit malū ↄiunctū: ſed cauſa delectationis ⁊ triſticie .ſ. amoꝛ per prius reſpicit bonū ꝙ̃ malū. Sic ergo eo mõ quo obiectū eſt cauſa paſſionis: magis ꝓprie eſt cauſa triſticie ⁊ doloris malū ↄiunctum ꝙ̃ bonū amiſſum. ¶ Ad ſcd̃m .ſ. vtrū ↄcupiſcentia ſit cauſa doloris. dicendū ꝙ triſticia eſt quidā motus appetitus aĩalis. motus aũt appetitus ſicut dictū eſt habet ſimilitudinẽ appetitus naturalis. cuius duplex cauſa aſſignari poteſt. vna per modū finis. alia ſicut vnde eſt principiū motus ſicut deſcenſionis coꝛpoꝛis grauis. cauſa ſicut finis eſt locus deoꝛſum principiū autẽ motus eſt inclinatio naturalis que eſt ex grauitate cauſa aũt motus appetitiui ꝑ modū finis eſt eius obiectū. ⁊ ſicut ſupra dictū eſt ꝙ cauſa doloris ſeu triſticie eſt malū ↄiunctū. cauſa aũt ſicut vñ eſt principiū talis motus eſt interioꝛ inclinatio appetitus qui quidẽ ꝑ prius inclinat̃ ad bonū ⁊ ex ↄſequẽti ad repudiandū malū cõtrariū. ⁊ ideo huiuſmodi motus appetitiui primū principiū eſt amoꝛ: qui eſt prima inclinatio appetitus ad bonū cõſequẽdū. Scd̃m aũt principiū eſt odiū qđ eſt inclinatio prima appetitus ad malū fugiendū: ſed q꜠ ↄcupiſcẽtia vel cupiditas eſt primus effectus amoꝛis quo maxĩe delectat̃. Ideo frequẽter Augu. cupiditatẽ vel ↄcupiſcentiã ꝓ amoꝛe ponit. ⁊ hoc mõ ↄcupiſcentiam dicit eſſe vniuerſalẽ cauſam doloris. Sed ipſa ↄcupiſcentia ſm̃ ꝓpriã rationẽ ↄſiderata eſt quidẽ interdū cauſa doloris. Oẽ enĩ qđ impedit motū ne ꝑueniat ad terminū eſt ↄtrariū motui. id aũt qđ eſt ↄtrariū motui appetitus eſt ↄtriſtans. ⁊ ſic ꝑ ↄſequens ↄcupiſcentia ſit cauſa triſticie inquãtū de retardatione boni ↄcupiti vel totali ablatione triſtamur. vniuerſalis autẽ cauſa doloris eſſe nõ põt: q꜠ magis dolemus de ſubtractione bonoꝝ pꝛeſentiū in quibus iā delectamur ꝙ̃ futuroꝝ que ↄcupiſcimus. ¶ Ad tertiū .ſ. vtrū appetitus vnitatis ſit cauſa doloris. dicendū ꝙ eo mõ quo ↄcupiſcentia vel cupiditas boni eſt cauſa doloris: etiã appetitus vnitatis vel amoꝛ cauſa doloris eſt ponẽdus. bonū enĩ vniuſcuiuſq; rei in quadã vnitate ↄſiſtit put .ſ. vnaqueq; res habet in ſe vnita illa ex quibus ↄſiſtit eius ꝑfectio. vñ ⁊ platonici poſuerũt vnum eſſe primū ſicut ⁊ bonū. vñ naturaliter vnūquodq; appetit vnitatẽ ſicut ⁊ bonitatẽ. ⁊ ꝓpter hoc ſicut amoꝛ vel appetitus boni eſt cauſa doloris: ita ⁊ amoꝛ vel appetitus vnitatis. ¶ Ad quartū .ſ. vtrū poteſtas maioꝛ cui nõ põt reſiſti ſit cauſa doloris. dicendū ꝙ ſicut dictū eſt: malū ↄiunctū eſt cauſa doloris vel triſticie ꝑ modū obiecti. Id ergo qđ eſt cauſa ↄiunctionis debet poni cauſa doloris vel triſticie. Manifeſtū eſt aũt hoc eſſe ↄtra inclinationẽ appetitus vt malū pꝛeſentialiter inhereat. qđ aũt eſt ↄtra inclinationẽ alicuius nunq̃ aduenit ei niſi ꝑ actionẽ alicuius foꝛtioꝛis. ⁊ iõ poteſtas maioꝛ eſſe ponit̃ cã doloris ab Aug. Sed ſciendū eſt ꝙ ſi poteſtas foꝛtioꝛ intantū inualeſcat ꝙ mutet ↄtrariã inclinationẽ in inclinationẽ ꝓpriã iam nõ erit aliqua repugnãtia vel violẽtia. ſicut qñ agens foꝛtius coꝛrũpendo coꝛpus graue aufert ei inclinationẽ qua tendit deoꝛſum: ⁊ tunc ferri ſurſum nõ eſt violentū: ſed naturale. ſic igit̃ ſi aliqua poteſtas maioꝛ intãtū inualeſcat ꝙ auferat inclinationẽ voluntatis: vel appetitus ſenſitiui ex ea nõ ſequit̃ doloꝛ vel triſticia: ſed tũc ſolū ſequit̃ qñ remanet inclinatio appetitus in ↄtrariū. ⁊ inde eſt qđ Aug. dicit ꝙ voluntas reſiſtẽs poteſtati foꝛtioꝛi cauſat doloꝛẽ. ſi enĩ nõ reſiſteret ſed cederet conſentiendo non ſequeret̃ doloꝛ ſed delectatio.

De effectibus doloris vel triſticie. DIS.XXI.

DEinde ↄſiderandū eſt de effectibus doloris vel triſticie. ⁊ circa hoc querunt̃ quattuoꝛ. Primo vtrū doloꝛ auferat facultatẽ addiſcẽdi. Scd̃o vtrū aggrauatio animi ſit effectus doloris. Tertio vtrū doloꝛ vel triſticia impediat vel debilitat omnẽ opationẽ. Quarto vtrū triſticia noceat coꝛpoꝛi magis ꝙ̃ alie paſſiones. Ad primū .ſ. vtrū doloꝛ auferat facultatẽ addiſcendi. dicendū q꜠ oẽs potẽtie aĩe in vna eſſentia aĩe radicant̃: neceſſe eſt ꝙ qñ intentio aĩe vehementer trahit ad opationẽ vnius potentie: retrahat ab opatione alterius. vnius enĩ potentie nõ põt eſſe niſi vna intentio: et ꝓpter hoc ſi aliq̃d ad ſe trahat totã intentionẽ aĩe vel magnã partẽ ipſiꝰ nõ cõpatit̃ ſecū aliq̃d aliud qđ magnã attractionẽ requirat. Manifeſtū eſt aũt ꝙ doloꝛ ſenſibilis maxime trahit ad ſe intentionē aĩe: q꜠ naturaliter vnūquodq; tota intentiõe tendit ad repellendū ↄtrariū: ſicut etiã in naturalibus apparet. Silr̃ etiā manifeſtū eſt ꝙ ad addiſcendū aliquid de nouo: requirit̃ ſtudiū ⁊ conatus cū magna intentiõe. vt patet ꝑ illud qđ dicit̃ Prouer. i. Si queſieris ſapientiã quaſi pecuniã ⁊ ſicut theſauros effoderis eam tũc intelliges diſciplinã. ⁊ ideo ſi ſit doloꝛ intenſus impedit̃ hõ ne tunc aliquid addiſcere poſſit: ⁊ tantū põt intendi ꝙ nec etiam inſtante doloꝛe põt hõ aliquid ↄſiderare etiã qđ prius ſciuit. In hoc tñ attendit̃ diuerſitas ſm̃ diuerſitatẽ amoꝛis quẽ hõ habet ad addiſcẽdū vel ↄſiderandū: qui quanto maioꝛ fuerit: magis retinet̃ intentionẽ animi ne oĩno ferat̃ ad doloꝛẽ. ¶ Ad ſcd̃m .ſ. vtrū aggrauatio animi ſit effectus doloris. dicendū ꝙ affectus paſſionū aĩe. quãq; metaphoꝛice noĩat̃ ſm̃ ſĩlitudinẽ ſenſibiliū coꝛpoꝝ: eo ꝙ motus appetitus aĩalis ſunt ſimiles oꝛdinationibus ⁊ inclinatiõibus appetitus naturalis: et ꝑ hunc modū feruoꝛ attribuit̃ amoꝛi. dilatatio delectatiõi ⁊ aggrauatio triſticie. dicit̃ enĩ hõ aggrauari ex eo ꝙ aliquo pondere impedit̃ a ꝓpꝛio motu. Manifeſtū eſt aũt ex pꝛedictis ꝙ triſticia ꝓuenit ex aliquo malo pꝛeſenti: qđ quidẽ ex hoc ipſo qđ repugnat motui voluntatis aggrauat animū inquãtū impedit ipſū ne fruat̃ eo ꝙ vult: ⁊ ſiquidẽ nõ ſit tanta vis mali ↄtriſtantis vt auferat ſpem euadẽdi: lʒ animus aggrauet̃ ꝗ̃tū ad hoc ꝙ in pꝛeſenti potit̃ eo ꝙ vult: remanet tñ motus ad repellendū nociuū ↄtriſtans. ſi võ ſupercreſcat vis mali intantū vt ſpem euaſionis excludat tũc ſimpliciter impedit̃ ⁊ interioꝛ motus animi anguſtiat̃: vt neq; hac neq; illac diuertere valeat: ⁊ quãq; etiā impedit̃ exterioꝛ motus coꝛpoꝛis: ita ꝙ remaneat hõ ſtupidus in ſeipſo. ¶ Ad tertiū .ſ. vtrū doloꝛ vel triſticia impediat omnẽ opationem. dicendū ꝙ ſicut dictū eſt. triſticia quãq; nõ ita aggrauat vel abſoꝛbet animū: vt omnẽ motū interioꝛẽ ⁊ exterioꝛẽ excludat: ſed aliq̃ motus quãq; ex ipſa triſticia cauſant̃: ſic ergo operatio ad triſticiã poteſt dupliciter cõparari. vno mõ ſicut ad id de quo ex triſticia. ⁊ ſic triſticia quãlibet operationẽ impedit. nūq̃ enĩ illud qđ cum triſticia facimus ita bene facimus ſicut illud qđ facimus cū delectatione vel ſine triſticia. cuius ratio eſt q꜠ voluntas eſt cauſa opationis humane. vnde qñ operatio eſt de qua aliquis ↄtriſtat̃: neceſſe eſt ꝙ actio debilitet̃. Alio mõ cõparat̃ operatio ad triſticiā ſicut ad principiū ⁊ cauſam: ⁊ ſic neceſſe eſt ꝙ operatio talis ex triſticia augeat̃: ſicut quãto aliquis magis triſtat̃ de aliqua re: tãto magis conat̃ ad expellendū triſticiã dūmõ ſpes remaneat expellẽdi: alioquin nullus motus vel operatio ex triſticia cauſaret̃. Ad quartū .ſ. vtrū triſticia magis noceat coꝛpoꝛi ꝙ̃ alie paſſiones. dicendū ꝙ triſticia inter oẽs aĩe paſſiões magis coꝛpoꝛi nocet. cuiꝰ rõ eſt q꜠ triſticia repugnat humane vite ꝗ̃tū ad ſpeciē ſui motus ⁊ nõ ſolū ꝗ̃tū ad mẽſurã ſeu quãtitatẽ ſicut alie paſſiones: ↄſiſtit enĩ hũana vita in quadã motione que a coꝛde in cetera mẽbꝛa diffundit̃: que quidẽ motio ↄuenit nature hũane ſm̃ aliquã determinatã menſurã. ſi igit̃ iſta motio ꝓcedat vltra menſurã debitã repugnabit hũane vite ſm̃ quãtitatis menſurã. nõ aũt ſm̃ ſimilitudinẽ ſpeciei. ſi aũt impediat̃ ꝓceſſus hmõi motionis repugnabit vite ſm̃ ſuam ſpeciẽ. Eſt aũt attendendū in oĩbus aĩe paſſionibus ꝙ tranſmutatio coꝛpoꝛalis que eſt in eis materialis eſt cõformis ⁊ ꝓpoꝛtionata motui appetitus qui eſt foꝛmalis ſicut in omnibꝰ materia ꝓpoꝛtionat̃ foꝛme. Ille ergo anime paſſiones que impoꝛ

tant motū appetitus ad ꝓſequendū aliquid non repugnant in tali motione ſm ſpeciē: ſed poſſūt repugnare ſm quātitatē: vt amor gaudiū deſideriū ⁊ hmōi: ⁊ ideo iſta ſm ſpeciē iuuant naturā corporis: ſed ꝓpter exceſſū poſſunt nocere. paſſiones aūt que important motū appetitus cū fuga vel retractiōe quadā repugnāt in tali motione: nō ſolum ſm quātitatē ſed etiā ſm ſpeciē motus. ⁊ iō ſimpliciter nocent: ſicut timor deſperatio ⁊ pre oībus triſticia que aggrauat animū ex malo pñti cuius eſt fortior īpreſſio ꝗ̄ futuri.

¶ De remedijs doloris vel triſticie. DIS.XXII.

DEinde ꝯſiderandū eſt de remedijs doloris vel triſticie. ⁊ circa hoc querunt̄ ꝗ̄nqꝫ. Primo vtrū dolor vel triſticia mitiget̄ ꝑ quālibet delectationē. Scdo vtrū ꝑ fletū. Tertio vtrū ꝑ cōpaſſionē amicoꝝ. Quarto vtrū ꝑ ꝯtemplationē veritatis. Quinto vtrū ꝑ ſomniū.

¶ Ad primū. ſ. vtrū quelibet delectatio mitiget quālibet triſticiā vel dolorē. dicēdū ꝙ ſicut ex predictis patet: Delectatio eſt quedā quies appetitus ī bono ꝯueniēti. triſticia aūt ē ex hoc ꝙ repugnat appetitui. vñ ſic ſe habet delectatio ad triſticiā in motibus appetitiuis: ſicut ſe habet ī corporibus quies ad fatigationē: que accidit ex aliqua tranſmutatione innaturali. nam ⁊ iſta triſticia fatigationē quādā ſeu egritudinē appetitiue virtutis importat. Sicut igit̄ quelibet quies corporis remediū affert ꝯtra quālibet fatigationeꝫ ex quacūqꝫ cauſa innaturali ꝓuenientē: ita quelibet delectatio remediū affert ad mitigandū quālibet triſticiā ex quacūqꝫ ꝓcedat.

¶ Ad ſcōm. ſ. vtrū fletus mitiget triſticiā vel dolorē. dicendū ꝙ lachryme ⁊ gemitus naturaliter mitigāt triſticiā. ⁊ hoc duplici rōne Primo quidē q2 oē nociuū interius clauſum magis affligit: quia magis multiplicat̄ intentio aīe circa ipſuꝫ: ſed qñ ad exteriora diffundit̄ tunc intentio aīe ad exteriora quodāmodo diſgregat̄: ⁊ ſic interior dolor minuit̄. ⁊ ꝓpter hoc qñ hoīes qui ſunt in triſticijs exterius ſuā triſticiā manifeſtant vel fletu vel gemitu: vel etiā vbo mitigat̄ triſticia. Scdo q2 ſemꝑ operatio ꝯueniens hoī ſm diſpoſitionē in qua eſt: eſt ſibi delectabilis. fletus aūt ⁊ gemitus ſunt ꝗ̄dā operationes ꝯuenientes triſtato vel dolenti. ⁊ ideo efficiunt̄ ei delectabiles. cū ergo oīs delectatio aliqualiter mitiget triſticiā vel dolorē: vt dictū eſt. ſequit̄ ꝙ ꝑ fletum ⁊ gemituꝫ triſticia mitiget̄.

¶ Ad tertiū. ſ. vtrū dolor amici cōpatientis mitiget dolorē. dicendū ꝙ naturaliter amicus ꝯdolens in triſticijs eſt ꝯſolatiuus. cuiꝰ duplicē rōnē tangit phus in. ix. Ethi. quarū prima eſt q2 cū ad triſticiā ꝑtineat aggrauare habet rōnē cuiuſdā oneris a quo aliquis aggrauatus alleuiari conat̄. cū ergo aliquis videt de ſua triſticia alios ꝯtriſtatos fit ei quaſi quedam imaginatio ꝙ illud onus alii cū ipſo ferant quaſi conantes ad ipſum ab onere alleuiandū: ⁊ iō leuius fert triſticie onus. ſicut etiā in portandis oneribus corporalibus ꝯtingit. Scda rō: ⁊ melior eſt. q2 ꝑ hoc ꝙ amici ꝯtriſtant̄ ei percipit ſe ab eis amari quod eſt delectabile: vt dictum eſt. vnde cum omnis delectatio mitiget triſticiam: vt dictum eſt. ſequit̄ ꝙ amicus ꝯdolens triſticiā mitiget. ¶ Ad quartū. ſ. vtrū cōtēplatio veritatis mitiget dolorē. dicendū ꝙ ſicut ſupra dictū eſt in ꝯtēplatione veritatis maxima delectatio ꝯſiſtit. oīs aūt delectatio dolorem mitigat. vt dictū eſt. ⁊ ideo ꝯtemplatio veritatis mitigat triſticiam vel dolorē. ⁊ tanto magis quāto magis aliquis ꝑfectius eſt amator ſapientie. ⁊ ideo hoīes ex cōtemplatione diuina ⁊ future beatitudinis in tribulationibus gaudēt. ſm illud Jaco. j. Oē gaudiū exiſtimate fratres cū in tentationes varias incideritis. ⁊ ꝙ eſt amplius etiā inter corporis cruciatus hmōi gaudiū inuenit̄. ſicut tyburtius martyr cum nudatis plantis ſuꝑ ardentes prunas incederet dixit. videt̄ mihi ꝙ ſuꝑ roſeos flores incedam in noīe iheſu chriſti. ¶ Ad quintū. ſ. vtrū ſomnus vel balneū mitigent dolorem dicendū ꝙ ſicut dictū eſt triſticia ſm ſuam ſpeciē repugnat vitali motioni corporis: ⁊ ideo illa que reformant naturam corporalē in debitū ſtatū vitalis motionis repugnant triſticie: ⁊ ipſum mitigāt ꝑ hoc etiā ꝙ hmōi remedijs reducit̄ natura ad debitū ſtatū cauſatur ex his delectatio. hꝫ enī eſt ꝙ delectationē facit. vñ cū oīs delectatio triſticiā mitiget ꝑ hmōi remedia corꝑalia triſticia mitigat̄.

De bonitate vel malicia doloris vel triſticie. DIS. XXIII

DEinde ꝯſiderandū eſt de bonitate vel malicia: doloris vl' triſticie. Et circa hoc querunt̄ ſex. Primo vtrū oīs triſticia ſit malū. Scdo vtrū poſſit eſſe bonū honeſtū. Tertio vtrū poſſit eſſe bonum vtile. Quarto vtrū dolor corporis ſit ſūmū malū. Quinto qualiter oēs hoīes ſe debeant habere circa paſſionē doloris. Sexto qualit̄ oēs hoīes ſe habere debeāt circa triſticie paſſionē. ¶ Ad primū. ſ. vtrū oīs triſticia ſit malū. dicendū ꝙ aliquid poteſt dici bonū vel malū dupliciter. vno modo ſimpliciter ſicut dictum eſt ⁊ ſm ſe: ⁊ ſic oīs triſticia eſt quoddam malum. hoc enim ipſum ꝙ eſt appetitum hominis anxiari de malo preſenti rationem mali habet. Impedit̄ enim per hoc quies appetitus in bono. Alio modo dicit̄ aliquod bonū vel malum ex ſuppoſitione alterius. ſicut verecundia dicitur eſſe bonū ex ſuppoſitione alicuius turpis cōmiſſi. vt dicitur in. iiij. Ethi. Sic igitur ſuppoſito aliquo cōtriſtabili: vel doloroſo ad bonitatē pertinet ꝙ aliquis de malo preſenti triſtetur vel doleat. ꝙ enim nō ꝯtriſtaret̄ vel nō doleret nō poſſet eſſe niſi q2 vel non ſentiret: vel q2 non reputaret ſibi repugnans: ⁊ vtrūqꝫ iſtoꝝ eſt malū manifeſte. ⁊ ideo ad bonitatē pertinet vt ſuppoſita preſentia mali ſequat̄ triſticia vel dolor: ⁊ hoc eſt ꝙ Aug. dicit. viij. ſuꝑ Geñ. ad litterā. Adhuc eſt bonū ꝙ dolet amiſſum bonū. nam niſi aliquod bonū remanſiſſet in natura. nullius boni amiſſi dolor eſſet in pena ſed q2 ſermones morales ſunt in ſingularibus quoꝝ ſunt oppoſitiones: illud ꝙ ſuppoſitione bonū eſt debet bonum iudicari. ſicut ꝙ eſt ex ſuppoſitione voluntariū: voluntariū iudicat̄. vt dicit̄ in iij. Ethi. ⁊ ſupra habitum eſt. ¶ Ad ſecundū. ſ. vtrū triſticia poſſit habere rationē boni honeſti. dicendū ꝙ ſm illam rationē qua triſticia eſt bonū poteſt eſſe bonū honeſtū. Dictū eſt enī ꝙ triſticia eſt bonū: ſm cognitionē ⁊ recuſationē mali. que quidē duo in dolore corporali atteſtant̄ bonitati nature: ex qua prouenit ꝙ ſenſus ſentit: ⁊ natura refugit leſiuū ꝙ cauſat dolorē. In interiori vō triſticia cognitio mali. qñqꝫ quidē eſt per rectū iudiciū rationis: ⁊ recuſatio mali eſt per voluntatē bene diſpoſitam deteſtantē malum omne aūt bonū honeſtū ex his duobus procedit. ſ. ex rectitudine rationis ⁊ voluntatis. vnde manifeſtū eſt ꝙ triſticia poteſt habere rationē boni honeſti. ¶ Ad tertiū. ſ. vtrū triſticia poſſit eſſe bonuꝫ vtile. dicēdū ꝙ ex malo preſenti inſurgit duplex appetitus motus Unus quidē quo appetitus ꝯtrariat̄ malo preſenti: ⁊ ex iſta parte triſticia non habet vtilitatē: q2 id ꝙ eſt preſens non poteſt eſſe nō preſens. Secundus motus conſurgit in appetitu ad refugiendum vel repellendum malum contriſtans: ⁊ quantū ad hoc triſticia habet vtilitatē: ſi ſit de aliquo ꝙ eſt fugiendū. Eſt enim aliquid fugiendū dupliciter. Uno modo propter ſeipſum ex ꝯtrarietate quam habet ad bonum ſicut peccatū. ⁊ ideo triſticia de peccato vtilis eſt ad hoc ꝙ homo fugiat peccatū. ſicut apoſtolus dicit. ij. ad Corin. vij. Gaudeo non q2 contriſtati eſtis: ſed q2 ꝯtriſtati eſtis ad penitentiā. Alio modo eſt aliquid fugienduꝫ: non q2 ſm ſe ſit malum: ſed quia eſt occaſio mali: dum vel homo nimis inheret ei per amorem: vel etiam ex hoc precipitat̄ in aliquod malū: ſicut patet in bonis temporalibus: ⁊ ſm hoc triſticia de bonis tēporalibus poteſt eſſe vtilis. ſicut dicit̄ Eccl. vij. Melius eſt ire ad domū luctꝰ ꝗ̄ ad domū ꝯuiuij. in illa enim finis cunctoꝝ āmonet̄ hominū. Ideo autem triſticia in oī fugiendo eſt vtilis: q2 geminat̄ fugiendi cauſa. nam ipſum malum ſm ſe fugiendū eſt. ipſam autem triſticiaꝫ ſm ſe omnes fugiunt. ſicut etiam omnes bonū appetunt ⁊ delectationem de bono. ſicut ergo delectatio de bono facit vt bonū auidius queratur: ita triſticia de malo facit: vt malum vehementius fugiatur. ¶ Ad quartum ſcilicet: vtrum dolor corporis ſit ſummum malum. dicendū ꝙ impoſſibile eſt aliqueꝫ dolorem vel triſticiam eſſe ſummū hominis malum. omnis enim triſticia ſeu dolor aut eſt de hoc quod eſt vere malum: aut eſt de aliquo apparenti malo ꝙ eſt vere bonum. dolor autem ſeu triſticia que eſt de vere malo non poteſt eſſe ſummū malum. eſt enim aliquid eo peius. ſ. vel nō iudicare eſſe malum illud quod eſt vere malū vel etiam non refutare illud. triſticia autem vel dolor que eſt de apparenti malo ꝙ eſt vere bonū non poteſt eſſe ſummū malum: quia peius eſſet omnino alienari a vero bono. vnde impoſſibile eſt ꝙ aliqua triſticia vel dolor ſit ſummū hominis malum. ¶ Ad quintum. ſ. qualiter omnes homines debeant ſe habere circa paſſionē doloris. notandum eſt ꝙ multiplex eſt dolor. ſ. dolor appetendus: dolor recolendus: dolor ſuſtinendus: dolor preuidendus: dolor precauendus. Eſt enim dolor appetendus ſcꝫ dolor ꝯtritionis. de hoc Oſee. xiij. Colligata eſt iniquitas effraym vinculo. ſ. male voluntatis ⁊ praue ꝯſuetudinis. de ꝗ dicit Aug. in libro ꝯfeſ. Ligatus erā nō ferro alieno ſed mea ferrea volūtate. velle meū tenebat inimicus: ⁊ inde cathenam ſibi fecerat ⁊ cōſtrinxerat me. quippe ex voluntate non refrenata facta eſt libido: ⁊ dum ſeruitur libidini facta eſt conſuetudo: ⁊ dum conſuetudini ⁊ non reſiſtitur: facta eſt neceſſitas quibus quaſi anſulis ſibimet innexis me tenebat aſtrictum. Sequitur. Abſconditum eſt peccatum eius quaſi gladius in corpore: venenū in ventre: ſerpens in ſinu: latrones in domo: ⁊ ignis in lecto. Sequitur. Dolores vt parturientis venient ei. ſicut enim mulier

cum delectatione ↄcipit: ſed cum maiori dolore parturit: ſic peccator cum delectatione peccat: ſed cum dolore incõpabiliter maiori q̃ fuerit delectatio penitere debet: qđ bñ ſignificat̃. cũ dicit̃ Dolores vt parturiẽtis: In parturiẽte tantus eſt dolor vt pre dolore deficere videat̃: nec eſt in ea mẽbrũ qđ nõ anguſtia repleat̃. Sic penitens adeo vehementer dolere debet: quaſi totus dolore deficiat. ſicut docet Aug. dicẽs. Doleat peccator ⁊ de dolore gaudeat ⁊ nõ ſatis ei ſit ꝙ doleat: ſed nõ ſemꝑ ſe doluiſſe doleat: nimiruꝫ certe ꝙ de dolore gaudiũ generat̃ ⁊ quãto vehemẽtior eſt dolor: tanto maius gaudiũ inde ↄſequit̃. Item pluraliter dicit dolores: qꝛ ſm multitudinẽ peccatoꝝ debet eſſe multitudo doloꝝ: qꝛ de quolibet ſpeciali peccato debet haberi ſpecialis dolor. Itẽ de quolibet ſemel facto non ſufficit ſemel dolere: ſed quotiẽs recolit homo ſe peccaſſe. Ideo de vno peccato oportet habere multos dolores. Iõ dicit̃ Yſa. xiij. Torſiones ⁊ dolores tenebũt quaſi parturiẽs dolebunt. ¶ Itẽ eſt dolor recolendus. ſ. dolor dñice paſſionis. ad hoc nos hortat̃ ipſe dñs. Tre. i. O vos oẽs qui trãſitis ꝑ viã attẽdite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus: in cuius memoriã eiꝰ imago in parietibus depingit̃ in eccleſiaruꝫ medijs quaſi in locis patentioribus exaltat̃: figurat̃ in vitreis ⁊ cruces in viarũ cõpitis eleuant̃: vt eius memoria ſemꝑ vbiq3 ⁊ ab oĩbus habeat̃. Hic dolor deſignat̃ ꝑ dolorẽ capitis cui dolenti ↄdolẽt oĩa mẽbra corporis niſi ſint mortua: vt patet in paraliticis: vel abſciſa vt patet ĩ mutilatis: ideo bñ põt dicere cor deuotũ: caput meũ doleo. ¶ Quãtꝰ eſſe debeat iſte dolor in corde cuiuſlibet fideliter ↄdolentis. oſtendit̃ Zach. xij. Dolebat ſuꝑ eũ ſicut doleri ſolet ſuꝑ mortẽ vnigeniti. ¶ Itẽ eſt dolor aſſumẽdus. ſ. dolor compaſſionis: ſicut vni mẽbro dolenti ↄdolent oĩa mẽbra: cuius ſignũ eſt ꝙ qñ dolet vnum mẽbrũ ſtatim os aperit̃ ad querendũ remediũ: auris ad audiendũ oculus ad videndũ: manus ad tangẽdũ vel ligandũ. Nos aũt oẽs ſumus mẽbra vnius corporis. ſicut docet apl's Ro. xij. Multi vnũ corpus ſumus in chriſto: Huius compaſſiõis exemplũ habemus Iere. xx. Quare de vulua egreſſus ſum vt viderẽ laborẽ ⁊ dolorẽ. Item Tre. i. Attendite vniuerſi populi ⁊ videte dolorẽ meũ. iuuenes mei ⁊ virgines mee abierunt in captiuitatẽ. ſ. diaboli eos per peccatũ miſerabiliter captiuantis: ⁊ de captiuitate in horrendũ inferni carcerẽ ꝑtrahentis. hoc aũt vehemẽtius eſt dolendũ ꝙ iuuenes ⁊ virgines in quibus florere deberet innocentie pulchritudo a diabolo captiuant̃. Item exemplũ ↄdolendi fratribus veſtris oſtẽdit apl's Ro. ix. Triſticia mihi magna eſt ⁊ cõtinuus dolor cordi meo. optabã enĩ anathema eſſe a chriſto ꝓ fratribus meis. ¶ Attende quõ porci ſibinuicẽ ↄdolentes mutuo ſe adiuuant ſi clamat vnus eoꝝ: oẽs accurrũt percuſſum adiuuare: vel detentuꝫ liberare nitunt̃: ſed multi ſunt ſicut canes qui canẽ percuſſũ lacerãt perſequunt̃ ⁊ mordent: ita ſi vnus peccauerit alij diffamant ⁊ improperant: ſi in paupertatẽ deuenerit: clamant vilipendũt ⁊ derident. ⁊ ſiquid ei remanſerit auferre moliunt̃: ſi diffamat̃ iniuſte: alij ſtatim fidem adhibent infamie: verba diſſeminãt: multiplicant exaggerant ⁊ augmẽtant: ſi ꝑſecutionẽ patit̃ alij ſimiliter ꝑſequunt̃. vñ pſal. ait. Quẽ tu ꝑcuſſiſti ꝑſecuti ſunt: ⁊ ſuꝑ dolorẽ vulnerũ meoꝝ addiderũt. ¶ Item eſt dolor deponendus: hic eſt dolor inuidie q̃ dolet quis de ꝓſperitate fraterna. ſed de hoc dicemus infra diffuſius capitulo de inuidia. ¶ Item eſt dolor ſuſtinẽdus. hic eſt dolor aduerſitatis tꝑalis. de quo Eccĩ. ij. In dolore ſuſtine ⁊ in humilitate tua patientiã habe. huius exempluꝫ habemus. ij. Mach. vj. De eleazaro qui tanq3 miles ſtrẽnuus ꝓ lege dei ſuſtinẽs paſſionẽ dixit. Dñe qui habes ſanctã ſcientiã. manifeſte tu ſcis qꝛ cum a morte poſſem liberari: duros corporis ſuſtineo dolores: ſm aĩam võ ꝓpter timorẽ tuũ libenter hoc patior. Item exemplũ euidentiſſimũ eſt de chriſto: de quo dicit̃ Yſa. liij. Uidimus eum ⁊ non erat aſpectus ⁊ deſiderauimus eum deſpectũ ⁊ nouiſſimũ viroꝝ viruꝫ dolorũ ⁊ ſciẽtẽ infirmitatẽ: ⁊ quaſi abſconditus vultus eius ⁊ deſpectus. vñ nec reputauimus eũ: vere languores noſtros ipſe tulit ⁊ dolores noſtros ipſe portauit: ⁊ nos reputauimus eum quaſi leproſũ ⁊ percuſſũ a deo ⁊ hũiliatũ. ſi igit̃ ꝓ nobis dolores ſuſtinuit multomagis ꝓ nobiſipſis debemus nõ ſolũ patiẽter: imo etiã letãter ſuſtinere dolores. Itẽ ſi ꝓ incerta ſanitate corporis poſt modicum morituri multa grauia ſuſtinemus: quãtomagis ꝓ ſalute aĩe ĩmortalis. Item inter ipſos dolores ſeipſos ꝓpter deũ voluntarie ſuſtinemus: deus miſericors mltas ↄſolatiões ĩmittit. ſicut ait pſ. Scđm multitudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo ↄſolationes tue letificauerũt aĩam meã. ⁊ apl's. ij. Corin. i. Sicut abũdant paſſiones chriſti in nobis. ita ⁊ ꝑ xp̄m abũdat ↄſolatio nr̃a. Itẽ ad hoc mouere nos debet incõprehẽſibilis ꝓmij magnitudo. Nã expectatio premij minuit vim doloris. nõ ſunt aũt ↄdigne paſſiões huius tẽporis ad futurã gloriã que reuelabit̃ in nobis Ro. viij. Itẽ eſt dolor ꝓuidendus ſcꝫ dolor mortis corporalis. Naꝫ ſicut dicit apl's. i. Theſ. v. Cũ dixerint pax ⁊ ſecuritas tũc repentinus eis ſuperueniet interitus. ecce ꝙ aduentus mortis inopinatus eſt ⁊ incertus. Nihil enim morte certius: ſed nihil incertius hora mortis: nihil venit velocius: nihil ĩuadit acrius: ſicut dolor in vtero hñtis. ecce ꝙ dolor eſt grauiſſimus in partu ruptis carnibus vix egredit̃ fetus de ventre: ſed in morte extrahit̃ aĩa de toto corpore. Et nõ effugient. ecce ꝙ dolor ꝑpetuus ⁊ ineuitabilis. attende q̃ꝫ periculoſũ ſit non preuidere ſibi ante mortẽ: qꝛ tunc dolores intolerabiles corpus et cruciant peccata oĩa prius facta ſubito occurrentia cũ deſperatiõe agende pñie animũ ꝑturbãt: infernales pene ad quas aĩa ſe videt irremediabiliter deſcenſurã: ineffabiliter ipſam terrent: tandẽ demones horribiles ⁊ crudeles eã expectantes infeſtant. Quid igit̃ faciet aĩa miſera ſic vndiq3 obſeſſa. hec oĩa breuiter tangit pſal. dicens. Circũdederũt me dolores mortis ⁊ torrentes iniquitatis cõturbauerũt me: dolores inferni circũdederũt me: preoccupauerunt me laquei mortis. Hec ad preſens ſufficiant: qꝛ infra dicemus latius de morte ⁊ de his que ad mortẽ ꝑtinẽt. ¶ Itẽ eſt dolor ꝓcauẽdus. ſ. dolor ſupplicij infernalis. de hoc Baruch. ij. Nõ audierunt vocẽ tuã dñe ⁊ ecce mortui ſunt in doloribus peſſimis: mali ſunt hi dolores ꝓpter acerbitatẽ incõpabilẽ. Ibi enĩ vlulabũt miſeri ſicut lupus in pedica. ⁊ ſicut canis qui excoriat̃. vñ Yſa. lxi. Serui mei laudabũt pre exultatione cordis: ⁊ vos clamabitis pre dolore cordis ⁊ pre ↄtritione ſpũs vlulabitis. Scđo peiores ſunt hi dolores propter anxietatẽ imitigabilẽ. nulla enĩ ſpes erit alleuiationis vel interpolationis. vñ apoc. xvj. Cõmãducauerũt linguas ſuas pre dolore ⁊ blaſphemauerũt deũ celi pre doloribus ⁊ vulneribus ſuis. Itẽ Iere. xxx. Inſanabilis eſt dolor tuus pre multitudine iniquitatũ tuarũ. ¶ Tertio peſſimi ſunt ꝓpter eternitatẽ interminabilẽ tunc cũ deriſione dicet̃ illis. ambulate in lumine ignis veſtri ⁊ in flãmis quas ſuccendiſtis vobis in doloribus dormietis. hyronice dicta ſunt qꝛ nec ignis inferni lumen habet: ſed eſt horribiliter tenebroſus nec reprobi in doloribus dormire poterũt nec requiẽ inuenire. vñ Iere. xv. dicit̃. in ꝑſona cuiuſlibet dãnati. Quare factus eſt dolor meus ꝑpetuus. Sequit̃ reſpon. Et pro qꝛ plaga mea incurabilis renuit curari: vt poterũt ſemꝑ dicere. hec oĩa initia ſunt doloꝝ. Matth. xxiiij. Quia dolores eoꝝ ſemꝑ erũt quaſi incipientes etiã poſt infinita ſecula nunq3 ꝑueniẽtes ad finẽ. ¶ Ad ſextuꝫ ſcꝫ qualiter oẽs hoĩes ſe debeant habere circa paſſionem triſticie. Notãdũ ẽ ꝙ ſicut docet apl's. ij. Corin. vij. Quedã ẽ triſticia ſm deũ quedã ſm ſeculũ: prima laudabilis: ſcđa vituperabilis. ¶ Circa primã debemus diligenter attendere: ꝙ ſi iuſtus hõ ſciret ⁊ vellet ſapiẽter aduertere ꝙ vndiq3 ſibi tot occurrerẽt cauſe triſticie: ꝙ nũq3 in vita preſenti ſine triſticia poſſet eſſe. Inuenit enĩ hõ materiã et rõnẽ triſticie ⁊ reſpectu ſui ⁊ reſpectu dei ⁊ reſpectu primi. ¶ Primo quidẽ in ſeipſo reperit ⁊ ſenſibiliter experit̃ rõnẽ triſticie q̃ ꝓuenit ex languore ↄditiõis: ex dolore cõpunctiõis: ex angore afflictionis. ¶ Ex languore quippe ↄditiõis primarie orit̃ triſticia magna valde: ⁊ eo maior quo inſupabilis et inſepabilis eſt a nobis. vbiq3 enĩ ⁊ ſemꝑ circũferimus nobiſcũ triſticie rõnẽ. Dicit̃ aũt oriri ex languore ↄditionis ſiue corruptionis. qñ ex pctõ primi hoĩs ineſt aĩe nr̃e languor quidã ⁊ debilitas: vt nec malo poſſimꝰ ſicut vellemus reſiſtere: nec bonũ deſideremꝰ ſicut expediret agere: aut non ſicut oporteret appetimus: ꝓpter qđ in ꝑſona cuiuſlibet nr̃m apl's ingemiſcens exclamat dicẽs Ro. vij. Ego carnalis ſum venũdatus ſub peccato. nõ enĩ qđ volo bonũ hoc ago: ſed qđ odi malũ illud facio. Inueni igit̃ aliam legem volenti mihi facere bonũ: qñ mihi malũ adiacet. Uideo igit̃ aliam legem in mẽbris meis: repugnantẽ legi mentis mee: ⁊ captiuantẽ me ſub lege peccati. Nõne ↄſiderata tali miſeria: debet in nobis eſſe triſticia: vſq3 ad mortẽ. Nã ⁊ xp̄s miſerie nr̃e pie cõpatiẽs dicit Matth. xxvj. Triſtis eſt aĩa mea vſq3 ad mortẽ. Nõ enĩ ꝓpter timorẽ paſſiõis pie iheſu triſtabaris ꝓpter quã ꝑferẽdã veneras ſed ꝓpter nr̃am miſeriã triſtis eras. Iõ bñ dicit̃ Eccẽs. vij. Cor ſapiẽtis vbi triſticia: in ſeipſo inuenit rõnẽ triſticie: iõ in ſeipſo debet cor ſuũ ↄuertere: vt ⁊ miſeriã ſuã defleat ⁊ lãguorẽ ſuũ excutiat: malũ ꝓ poſſe ſuo caueat: et bonũ agere nõ tepeſcat. hanc miſeriã ſuã pſal. lamentabiliter deplorãdo dicebat. Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſq3 in fineꝫ tota die ↄtriſtatus ingrediebar: qñ lũbi mei impleti ſũt illuſiõibꝰ ⁊ nõ eſt ſanitas ĩ carne mea. miſer factus ſũ. inqt. Miſer eſt q̃ qđ deſiderat nõ habet: ⁊ nõ deſiderat qđ deberet: ⁊ mlta ſibi eueniũt que nõ vellet. Qui nõ aſſequit̃ qđ delectet ⁊ pati cogit̃ quod mo

leſtet qui ꝓſicua ſibi negligit vel ꝯtēnit: ⁊ noxia ꝯcupiſcit. Oīs hō
qui hec oīa experit̄ in ſe debet dicere cum dolore: miſer factus ſuꝫ
Et incuruatus ſum inquit. ſ. ad inferiora adeo inqꝫ incuruatus vt
non rectus incedere nec ad opus bonū expedite ꝓcedere: nec ſurſū
reſpicere: id eſt celeſtia valeam ꝯtemplari. vnde dicebat manaſſes
rex. ij. Parali. vlti. Incuruatus ſum multo vinculo ferri et non eſt
reſpiratio mihi: ꝓpter hoc bñ ſubdit̄ in auctoritate premiſſa. tota
die: id eſt toto tp̄e vite mee. contriſtatus: id eſt de predicta miſeria
ꝯturbatus ingrediebar in cor meū: ad ſtatus mei pericula explorā
dum ⁊ meā miſeriā deplorandū: ⁊ merito debeo triſtis eſſe: qꝛ lū
bi mei impleti ſunt illuſionibus: frequēter imiſſis a demone: ⁊ nō
eſt ſanitas in carne mea: id eſt ſuſtineo tentationes a carne. ¶ Se
cūdo prouenit in nobis triſticia ex dolore cōpunctiōis. de qua di/
cit apl's. ij. Corin. vij. Contriſtati eſtis ad penitentiā. bona eſt triſti
cia que deo cedit ad honorē ⁊ aīe prouenit ad ſalutē: ꝙ ſit ad glo/
riam dei. dicit̄ Baruch. ij. Anima que triſtis eſt ſup magnitudine
mali: id eſt peccati cōmiſſi. ⁊ incedit curua ⁊ in infimis: id eſt cur/
uata ceruice ſuperbie tenet ſe in infimis humilitatis. infima ſe pre
ceteris reputando: ⁊ infima humilitatis opera exercendo: ⁊ oculi
deficientes pre lachrymis ꝯtritionis: quo ad ſe cōpaſſiōis quo ad
ꝓximū deuotionis quo ad deū. ⁊ aīa eſuriens: id eſt ardenter deſi
derans opera bona facere: meritū acquirere: diuinā dulcedinē pre
guſtare: ⁊ ad eterne vite gaudia peruenire. talis inquā aīa dat tibi
gloriā ⁊ iuſticiā dño: qꝛ iuſticiā exercet de ſeipſa: ſatiſfactionem
de peccatis ꝓprijs exoluendo ⁊ honorē dei in oībus ſuis operib᷑
intendendo. ſic ergo patet ꝙ hec triſticia ſit ad gloriā dei. ¶ Item
ꝙ hec triſticia ſit ad ſalutē aīe teſtatur aplus. ij. Corin. vij. dicens.
Que ſm deū eſt triſticia pniām in ſalutē ſtabileꝫ operat̄. bona eſt
triſticia que a deo infundit̄: que ſm deum mouet̄: ꝓpter deū ope
ratur: ad deum ordinat̄: ⁊ a deo eternaliter remunerat̄. Iſta ope/
ratur pniām: id eſt ſatiſfactionē ꝯdignā in ſaluteꝫ ſtabilē. i. ſalutē
aīe non corporis: qꝛ illa non eſt ſtabilis ſed breuis mutabilis ⁊ in/
certa. ¶ Tertio ꝓuenit in nobis triſticia ex angore afflictionis. ſa
ne multiplex eſt in nobis afflictio cordis ⁊ corporis: id eſt tentatio
nes tribulationes anguſtie oppreſſiones ⁊ penurie ſollicitudines
⁊ labores ⁊ alia multa: ſine quibus non agitur vita preſens. Ideo
dicit̄. j. Pe. j. Exultabitis modicū nunc ſi oportet ꝯtriſtari in varijs
tentationibus ⁊c. exultabitis inqꝫ: ſi oportet peccato ꝓmerēte dei
iuſticia exigente ex ſapia ordinante et clementia faciente. oportet
ergo ſignificat neceſſitatē ineuitabilē. triſtari nunc: deſignat tēpo/
ris breuitatē: modicū denotat leuitatē: qđ aūt modicum eſt ⁊ leue
tribulationis noſtre: eternū glorie pondus operat̄ in nobis. ij. Co/
rin. ⁊ Ro. viij. Non ſunt ꝯdigne paſſiones huius tp̄is ad futuram
gloriā que reuelabit̄ in nobis: vere non ſunt condigne nec cōpara
biles paſſiones huius temporis ad peccatū qđ remittit̄: ad gratiā
que infundit̄ ad meritū qđ acquirit̄: ad ꝯſolationem que īmittit̄
ad eternā penam que euadit̄: ad futurā gloriā que ꝓmittit̄ in va/
rijs tentationibus: ſiue ſint a deo ꝓbante vt approbet: ſiue ab hoīe
moleſtante: ſiue a carne inſtigante: ſiue a demone infeſtante. Oīa
mala que hic patimur tentationes quedā ſunt: quibus ꝓbat̄ vir/
tus noſtra vel vitiū. nunc enī eſt tempus ꝓbationis: tunc: id eſt in
futuro erit tempus ꝓfeſſionis. ſicut nāqꝫ in religione nouicij. pri/
mo ꝓbant̄ anteqꝫ ꝓfiteant̄: ſic nos ī vita preſenti ꝓbamur: in qua
ꝓbatione ſi bñ humiliter ⁊ deuote vixerimus: recipiemur in ſacrū
collegiū ⁊ glorioſū ꝯſortiū beatoꝝ. ſi aūt indeuoti indiſciplinati: in
obedientes ⁊ rebelles diuine voluntati fuerimus abijciemur ⁊ tur
piter expellemur. magnā ergo gratiā facit deus hoī quē in tribula
tione probat vt approbet ⁊ approbatū recipiat in collegiū beatoꝝ.
vnde dicit̄. j. Pe. ij. Hec eſt grā ſi ꝓpter ꝯſcientiā dei: id eſt ꝯſcien/
riam bonā diuinitus informatā ⁊ a deo per gratiā inhabitatā: vel
ꝓpter ꝯſcientiā dei: id eſt in tentationē honoris diuini ſuſtinet qs
patienter ſine murmure triſticias. id eſt tribulationes que ſunt oc
caſio ⁊ materia triſticie. Aduertendū eſt aūt ꝙ triſticia qñqꝫ ſcili/
cet eſt motus quidā precedens iudiciū rationis: ⁊ iſto mō bene eſt
triſticia in viris iuſtis: ⁊ fuit etiā in chriſto. ſicut dicit̄ Mach. xiiij
Cepit ꝯtriſtari ⁊ metus eſſe: ⁊ ſic eſt paſſio ſubuertens iudiciū ra/
tionis: ⁊ ſic non cadit in virū iuſtū. ſicut dicit̄ Prouer. xij. Nō con
triſtabit iuſtum quicqđ ei acciderit. vñ Thob. j. dicit̄. Nō eſt ꝯtri
ſtatus ꝯtra deū ꝙ plaga cecitatis euenerit ei. Et de chriſto dicitur
Yſa. xlij. Nō erit triſtis neqꝫ turbulentus. Itē occurrūt nobis oc
caſiōes triſticie ſi ꝯſideremus ea que ſunt ad ꝓximū. videmus enī
frequēter amicos nr̄os ⁊ ꝓximos delinquētes aduerſa ſuſtinētes
vel de vita decedentes. Debemus aūt correctionē delinquētibus
cōpaſſionē ſuſtinētibus affectionē decedentib᷑. Eſt ḡ triſticia co/
reptiua delinquētiū: cōpaſſiua ſuſtinētiū: ⁊ deploratiua decedētiū
eſt inqꝫ triſticia correptiua delinquētiū. Nā videntes ꝓximū de/
linquere vel audientes deliquiſſe: debemus eū ex charitate corri/
pere. ſicut ait ſapiens Ecci. xi. Corripe amicū. ſepe enī fit cōmiſſio.
Idē corripe amicū: ne forte nō intellexerit: ⁊ ſi intellexerit ne forte
iteret. Hec aūt correptio lꝫ ꝓcedat ex dulcedine charitatis: tñ fre/
quēter expedit eam fieri cum quadam triſticia: id eſt auſteritate
vultus ⁊ pondere verborū ⁊ efficacia ſermonis: vt oſtendat̄ zelus
ad eum qui corripit̄: ⁊ diſplicētia peccatoꝝ. Nā ſi molliter ꝓferat̄
verbū correptionis ⁊ tepide: nō mouet ⁊ penetrat animū delinquē
tis. vñ nec erubeſcit de preterito nec metuit de futuro. Peccant ḡ
qui videntes ꝓximū delinquentē rident ⁊ vident̄ applaudere: vel
cū riſu ⁊ quadā verboꝝ mollicie corripiūt: ex timore videlicet aut
aut fauore. Ideo dicit̄ Ecc̄s. iiij. Melior eſt ira riſu. qꝛ p triſticiā
vultus: corripit̄ animus delinquentis. Corripiens ergo triſticiam
vultus oſtendat: id eſt diſplicentiā peccati: vel ſi forte corripere nō
audeat ꝓpter pſone magnitudinē vel ſtatus celſitudinē: ſaltē tri/
ſticiā vultus oſtendat in ſignū diſplicentie: qꝛ ſic corripit̄ animus
delinquētis. vñ Prouer. xxv. dicit̄. Uentus aquilo diſſipat pluui
as: ⁊ facies triſtis linguā detrahētē. Sicut enī cū aliquis detrahit
alijs ſi rideant auditores: oſtendūt ſibi detractoria verba placere: ⁊
ex hoc prebent detractoribus audaciā detrahendi. ſic ecōtra oſten
dendo triſticiā vultus exprimūt audaciā obloquēdi ⁊ ita eſt etiaꝫ
de alijs peccatis. hec ē ergo triſticia correptiua delinquētiū. ¶ Iteꝫ
eſt triſticia cōpaſſiua ſuſtinentiū. Nā ſm aplm. ſi patit̄ vnū mēbꝝ
cōpatiunt̄ alia mēbra. Et ſi corporib᷑ patientiū ꝓximoꝝ debem᷑
cōpati qñtomagis aīabus eoꝝ: vtpote cū videmus aīas chriſti ſan
guine redemptas peccare ⁊ ad dānationē currere: quas tñ retrahe
re non valemus. Ideo dicebat apl's zelo charitatis accenſus Ro.
ix. Triſticia mihi magna eſt ⁊ dolor ꝯtinuus cordi meo. optabam
enī ipſe anathema eſſe a chriſto ꝓ fratribus meis ſaluandis. ſ. vel
iuuandis: id eſt optabā ſi ſine peccato poſſet optari: ꝙ ad tēpus in
vita videlicet vel poſt mortē ſeparer a dño iheſu chriſto: vt illi nō
ſeparent̄ eternaliter. Simile habem᷑ Exo. xxxij. Nā cū peccaſſent
filij iſrael in deſerto vitulū ꝯflatilē adorando. videns moyſes iraꝫ
dñi grauiter ꝯtra eos accenſam: orando dicebat. Obſecro dñe pec
cauit populus tuus peccatū magnū: aut dimitte eis noxam hanc:
aut dele me de libro tuo queꝫ tu ſcripſiſti. Ait etiam ipſe chriſtus
Matth. xxvi. Triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē. O dñe iheſu vñ
ꝓuenit tibi iſta triſticia. Nūquid ex timore paſſionis inſtantis.
abſit hoc a cordibus fideliū cogitare. Nō enī ꝓpter timorē paſſio
nis ad quā pferendā veneras: ⁊ quā ꝓ ſalute noſtra ſūmo deſide/
rio ꝑoptabas triſtis erat aīa tua ſanctiſſima: ſed de dānatione peſ
ſimi ꝓditoris: de lapſu aploꝝ: de perfidia iudeoꝝ: de ingratitudine
falſoꝝ chriſtianoꝝ. Heu quot hodie nobis occurrūt cauſe triſticie
qui tot pauperes videmus quotidie grauari temporaliter affligi
corporaliter: anguſtiari mentaliter: inſup innumerabiles aīas dei
timore reiecto ſue ſalutis īmemores multiplicare flagitia ⁊ preci/
pitanter currere ad eterna ſupplicia. Item eſt triſticia deploratiua
morientiū: ⁊ iſta quodāmodo naturalis eſt. Naturale enī eſt ꝙ hō
de ſeparatione dilecti doleat: cui viuenti conuiuere ſe gaudebat: nec
eſt poſſibile quin caro ſentiat diuiſionē carnis: id eſt quin carna/
lis ſenſualiter ſentiat ſeparationē ꝓximi cōiuncti ſibi mentaliter:
vel carnaliter attinentis. ꝓcedit ergo hec triſticia ex radice carna/
lis affectionis: ſed officio rationis eſt mediocriter temperanda: ſi/
cut docet ſapiens Ecci. xxxviij. Fili in mortuū produc lachrymas
ex affectiōe: ⁊ quaſi dira paſſus incipe plorare ſcilicet ſine fictione
ꝯtra multos qui ſe plorare fingunt vt videant̄ amici fuiſſe defun/
cti: ſed ille lachryme vel falſe ſunt: qꝛ non procedunt ex amore vel
doloſe: procedentes ex gaudio non dolore. Sequit̄. Et ſcḋm iudi
ciūm contege corpus illius. Scḋm iudiciū inqꝫ id eſt ſm diſcretio
nem: ⁊ ſm approbatam conſuetudinē patrie: ⁊ ſm modū faculta/
tis ſue: ⁊ ſm dignitatē perſone defuncte. Et non deſpicias ſepultu
ram ipſius. Curandū eſt enim ꝙ ſepeliat̄ vbi ſepulturā elegit: vel
in ſepulchris maioꝝ: id eſt ꝓgenitoꝝ ſuoꝝ: vl' vbi maius adiutoriū
ſuffragioꝝ habebit. Hoc aūt vltimū in electiōe ſepulture pncipali᷑
eſt curādū. Propter delaturā aūt: id eſt ne alij te accuſent de inhu
manitate ⁊ remiſſo amore. Amare fer luctū illius vno die: ⁊ ꝯſola
re pp iuſticiā dei. ſ. cui᷑ volūtati debet volūtas hoīs ꝯformari: a q̄
ſi ſm rōnis iudiciū diſſonaret peccaret: vñ ⁊ ſi ſm motū ſenſuali/
tatis nō poſſit hoī placere mors amici tñ ſm iudiciū rōnis ⁊ deli/
beratiuū motū volūtatis debet ſibi non diſplicere. hec eſt enī ſnīa
dei iuſta: id eſt iuſte ꝓpter pctm̄ inflicta vt de mūdo iſto nō niſi p
mortē anguſtiā trāſeam᷑. vñ dicit Greg. amicoꝝ nos amiſſio tāto

debet tolerabilius ɔtriſtare quanto amiſſuros nos illos conditio
mortalitatis expoſcit.itē ɔſolare ꝑpter iuſticiā defuncti. Nā quā
to melius vixit ⁊ maioris meriti fuit tanto minꝰ eſt dolendū. Quā
to vō deterioris vel infamioris vite fuit:tanto vehementius eſt lu
gendū.vñ ſequit̄ hic ſtatim.⁊ fac luctū ſm meritū eius vno die vł
duobus. Et.prima Theſ.iiij. Non ɔtriſtemini ſicut ceteri qui ſpē
nō habent.qui enī non ſperant de ſalute defuncti:magnā habent
cauſā ⁊ materiā diutius ⁊ vehemētius lamētādi.ſed ſunt nōnulli
qui nō lugent mortuos: ſed ſeipſos nō ɔſiderantes bonitatē vite:
ſed vtilitatē pſone neqꝫ cogitantes de penis quas mortui habent
ſuſtinere poſt mortē:deflent amiſſionē bñficiorꝫ auxilij vel hono
ris antea perceptorꝫ:vel in poſterū ſperatorꝫ.nec recogitāt quō poſ
ſint eos elemoſynis ieiunijs ⁊ orationibꝰ adiuuare.ſed quō bona
eorꝫ poterūt obtinere.vbi dictū eſt ſupra. Cōſolare ꝑpter iuſticiā
alia littera cōmunior eſt ꝑpter triſticiā.ne.ſ.abſorbearis nimia et
īmoderata triſticia.a triſticia enī feſtinat mors aīe ⁊ corpis: ⁊ co
operit virtutē:id ē facultatē bñ agēdi:⁊ triſticia cordis flectit cer
uicē:id eſt debilitat potētiā ſuſtinēdi. Uidens ergo qꝫ īmoderata
triſticia abbreuiat vitā corporis:⁊ inducit mortē aīe:generat acci
diā:⁊ cauſat impatientiā. Ideo ɔſequēter hortat̄ ſapiens ibidem
Ne dederis in triſticia cor tuū:id eſt nō ſequarīs triſticie paſſionē
nec deſolatiōis impetū ꝓſequaris:ſed repelle eā a te. Modū aūt
repellendi docet optime cū ſubiūgit. Memēto nouiſſimorꝫ:id eſt
mortis tue. Futuri iudicij:in quo ſm facta tua recipies. Inferna
liū tormentorꝫ:ne incurras. Celeſtiū gaudiorꝫ:ne ꝑ īmoderatā tri
ſticiā illa perdas. Sequit̄. Neqꝫ enī eſt ɔuerſio:id eſt ille nō ɔuer
tet̄ ſeu reuertet̄ ad te:ſꝫ tu ibis ad eū. Sicut ait dauid de filio ſuo
mortuo. Nunqd potero eū reuocare amplius.ego vado magis ad
eū.ille vō nō reuertet̄ ad me. Sequit̄. Et huic:id eſt mortuo:nihil
ꝓderis:teipſū īmoderate ꝑ triſticiā affligēdo:⁊ teipſū peſſimabis
qꝛ ⁊ corpus tuū peſſime grauabis:⁊ aīam dānificabis peſſime vł
dānabis. Ecci.xxx. Multos occidit triſticia ⁊ nō eſt vtilitas in ea
Itē occurrūt nobis cauſe triſticie:ſi ɔſideremus ea q̄ ſunt ad deū.
Nam in deuotis cordibus ꝓuenit triſticia ex recordatione dñice
paſſionis:ex emulatione diuine dehonorationis:⁊ ex ꝓlongatione
optate poſſeſſionis. ¶ Primo quidē in nobis debet eſſe triſticia
ex recordatiōe dñice paſſiōis. Nā cū in eo fuerit triſticia īminēte
paſſiōe:ſicut ipſe teſtat̄:triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē:nō fuit ī
eo ex timore paſſionis:qꝛ nō timebat ꝓculdubio:ſed optabat:ſed
inter alias rōnes triſticie:fuit vna ingratitudo noſtra: qꝛ videlicet
tāi bñficiūꝫ nec digne recognoſcimus nec deuote recolimus: nec
grās agimus:vt debemus.vñ in pſal.ɔquerit̄ dicens. Suſtinui.i.
expectaui qui ſimul ɔtriſtaret̄ ⁊ nō fuit qui ɔſolaret̄ ⁊ non inueni
Igit̄ ſi pius dñs ſup ingratitudine noſtra triſtis erat vſqꝫ ad mor
tē:⁊ nos ſup indeuotione noſtra ⁊ ingratitudine triſtes eſſe debe
mus. Eius itaqꝫ triſticiā ſtudeamus nobis aſſumere ⁊ deuotione
fideli totā in nobis ſue paſſionis triſticiā excitare.ſic ait aīa deuo
ta. Tren.iij. Memoria memor ero:⁊ tabeſcet in me aīa mea. Et pō.
dicit. Quaſi lugens ⁊ contriſtatus ſic humiliabar. Attende qꝫ dñs
diſcipulis de paſſione ſua triſtibus ⁊ inuicē ɔferentibus iunxit ſe
mediū ⁊ ɔſortē.ſicut dicit̄ Luce.xxiiij.⁊ ait. Qui ſūt hi ſermones
quos ɔfertis ad inuicē ambulantes: ⁊ eſtis triſtes ſcripturas q̄ de
ipſo erant aperuit:mētes nr̄as interius illuſtrauit:⁊ ad amorē ſuū
vehemētius inflāmauit. Sicut ipſi teſtant̄ dicentes. Nōne cor no
ſtrū ardēs erat in nobis dū loqueret̄ in via:⁊ apiret ſcripturas:ſic
⁊ nobis pie ſuā paſſionē recolētibus:ac de ea cū alijs vel in corde
nr̄o ɔferentibus ſe dignāter aſſociat:mētes illuminat ⁊ inflāmat.
Hec ergo triſticia quā in nobis aſſumimus ⁊ excitare ſatagimus:
in gaudiū cōmutat̄. Sicut ipſe diſcipulis ſuis promiſit Joh.xvj.
Uos triſtabimini: ſed triſticia veſtra vertet̄ in gaudiū. ¶ Itē eſt
triſticia ꝓueniēs ex emulatiōe diuine dehonorationis:qꝛ videlicet
leges eius lacerant̄:pcepta negligunt̄:ɔſilia ɔtēpnunt̄:nomē eius
blaſphemat̄:⁊ honor ei debitus ɔculcat̄:ac ꝑ ɔſequēs aīe ſuo ſan
guine precioſo redēpte dānant̄. vñ Johā.xvj. diſcipulis ſuis ait.
Amē amē dico vobis:qꝛ plorabitis ꝓ mea dehonoratiōe: ⁊ flebi
tis:ꝓ aīaꝝ dānatiōe:mūdus aūt gaudebit:gaudio quodā inſano:
ſicut freneticus ridet ⁊ gaudet:medicus aūt luget:ſic ꝑfecto miſe
ri peccatores gaudēt in falſa felicitate ⁊ ꝓſperitate mūdana:nō ad
uertētes qꝫ in pūcto ad inferna deſcendūt.vos aūt ɔtriſtabimini.
Huius triſticie exemplū habemꝰ notabile prima Eſdre.ix.vbi di
cit̄ qꝫ cū ipſi eſdre nūciatū fuiſſet filios iſrael ɔtra legē dei vxores
alienigenas accepiſſe:ſcidit veſtimēta ſua:⁊ euulſit capillos capit̄
ſui in ſignū vehemētiſſimi doloris. Dolebat enī tā de trāſgreſſiōe
diuine legis q̄ꝫ de offenſa dei: q̄ꝫ etiā de dānatiōe: id eſt dānabili

pctō ppl̄i ſui.vñ dicit̄ ibi. Ego ſedebā triſtis vſqꝫ ad ſacrificiū ve
ſpertinū. Et ſequit̄: Et in ſacrificio veſpertino curuaui genua mea:
⁊ expādi manꝰ meas ad dñm:⁊ dixi dñe deus meus ɔfūdor ⁊ eru
beſco leuare faciē meā ad te:qm̄ iniq̄tates nr̄e mltiplicate ſūt ſup
caput nr̄m:⁊ delicta nr̄a creuerūt vſqꝫ ad celū:id ē vſqꝫ ad tue ma
ieſtatis ɔtēptū. ¶ Itē eſt triſticia ꝓueniēs ex ſubtractiōe diuine
ɔſūctiōis. Aīa naqꝫ ſancta diuine dilectiōis igne ſuccēſa:feruen
ter deſiderat deū habere pſentē:ſiue in pnti vita ꝑ experimētalē gu
ſtū ſuauitatis interne:ſiue in futuro ꝑ adeptionē felicitatis eterne
ſicut ait Pſal. Quēadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquaꝝ:ita
deſiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū:
qn̄ veniā ⁊ apparebo an̄ faciē dei ⁊c̄. Et qꝛ deus diſpenſatiue pſen
tiā ſuā qnꝫ ſubtrahit:vt ardentiꝰ appetat̄:excitet̄ deuotio ⁊ me
ritū augeat̄.iō hūiliter ɔquerēdo dicit idē pſal. Quare oblitus es
mei:⁊ q̄re triſtis incedo:dū affligit me inimicus. ſed qꝛ ꝑpter vti
litatē nr̄aꝫ ſic ſe ſubtrahit. Iō dicit̄ Joh.xvi. Uado ad eū qui me
miſit:id eſt pntiā meā corporalē ſubtraho:ſed qꝛ hec locutus ſum
vobis:triſticia impleuit cor veſtrū:ſed ego dico vobis:expedit vo
bis vt ego vadā. Sicut aūt expediebat aplīs qꝫ xp̄s ſuā pntiā cor
poralē ſubtraheret:vt.ſ.ſpūalius ⁊ ſublimius ipſū amare diſcerēt
ita nobis expedit qꝫ deus aliqn̄ ſe a nobis q̄ſi ſubtrahere videat̄:
vt nō ꝑpter breuē ⁊ momētaneā delectationē que de ipſo ſentit̄
multū exiliter in pnti q̄ramus eū:ſed ꝑpter īmenſam:ineffabilē:⁊
eternā. Eſt igit̄ in nobis triſticia:qn̄ ſe ſpūaliter ſubtrahit in pnti:
ſed maior eſt qꝛ ad fruitionē eius felicē ꝑuenire differimus in fu
turꝫ. Sic ergo declaratū eſt qꝫ multiplex eſt cauſa triſticie ſm deū
que eſt laudabilis. ¶ Cōſequēter videndū eſt de triſticia que eſt
ſm ſeculū ⁊ eſt culpabilis. Hoībus aūt mūdanis filij huius ſeculi
multiplex occurrit cauſa triſticie.quotiēs.ſ.vnuſquiſqꝫ nō pōt aſ
ſeq̄ qō q̄rebat:vel amittere cogit̄ qō habebat. Orit̄ aūt qnꝫ triſti
cia:ex timore ſupbie:vel ex liuore inuidie:vel ex furore iracūdie:vł
ex languore accidie:vel ex ardore auaricie:vel ex doloſa ſimulatio
ne:vel ex eterna deſolatiōe. ¶ Orit̄ ergo triſticia in ambitioſis ex
timore ſupbie qn̄.ſ.qō appetūt adipiſci nō poſſunt:ſicut luculent̄
apparet ī quotidianis exēplis. Euidētiſſimū aūt exēplū.i. Mach.
vi.vbi dicit̄:qꝫ cū audiſſet rex Antyochus qꝫ deuictꝰ eſſet eius ex
ercitus ſpoliatus ⁊ fugatus turpiter a iudeis:expauit rex ⁊ cōmo
tus eſt valde:⁊ decidit in luctū:⁊ incidit in languorꝫ pre triſticia:
qꝛ nō eſt factū ſicut cogitabat:⁊ renouata eſt in eo triſticia:⁊ arbi
tratus eſt ſe mori. Sequit̄. Receſſit ſomnus ab oculis meis:⁊ cō
cidi ⁊ corrui corde pre ſollicitudine:⁊ dixi in corde meo:in quātaꝫ
tribulationē deueni: ⁊ in quos fluctus triſticie in qua nūc ſuꝫ. de
ſupbia ⁊ elatione iſtius dicit̄.ij. Mach.ix. Uidebat̄ etiā ſibi flu
ctibus maris imparē:ſupra humanū modū ſupbia replerꝰ:⁊ mon
tiū altitudines in ſtatera appendere ⁊ ſydera celi ɔtingere ſe arbi
trabat̄. Tales ergo replent̄ merore triſticie:qn̄ non poſſunt qō ap
petunt obtinere. ¶ Item oritur ex liuore inuidie. nam inuidia eſt
triſticia felicitatis aliene. vñ Geñ.iiij. dixit dñs ad chaym q̄ inui
dia torquebat̄. Quare iratus es:⁊ cur ɔcidit facies tua. Item Nee
ij.dicit̄. Contriſtati ſunt ſanaballath ⁊ thobias:qꝛ veniſſet homo
qui querebat ꝓſperitatē filiorꝫ iſrael.de hoc dicet̄ diffuſius infra
capitulo de inuidia. ¶ Item oritur triſticia ex furore iracundie: ⁊
qꝛ ira qnꝫ ſolum ɔſiſtit in corde:qnꝫ prorumpit exterius in ſer
mone:qnꝫ vō demonſtrat̄ in opere. Ideo dicit̄ Eccleſiaſtici.xiiij
Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo:q̄ꝫtū ad iram que
demonſtrat̄ in verbo:⁊ non eſt ſtimulatus triſticia delicti: q̄ꝫtum
ad iram que demonſtrat̄ in opere.felix qui non habuit animi ſui
triſticiā:q̄ꝫtum ad iram que conſiſtit in corde.vide infra diffuſius
de ira. ¶ Item oritur triſticia ex languore accidie.nam accidia eſt
quedā triſticia ſpiritus ⁊ languor mentis.vñ Matth.xxvj.dicit̄.
Inuenit iheſus diſcipulos ſuos dormientes pre triſticia. ¶ Itē
oritur triſticia ex ardore auaritie:ſicut dicit̄ Eccēs.v. Quid prodeſt
auaro qꝫ laborauit in ventū:cunctis diebus comedit in tenebris:⁊
in curis multis:⁊ in erumna atqꝫ triſticia. Ecce ergo qꝫ triſticia in
ſeparabiliter comitat̄ auaritiā:⁊ acquirēdo diuitias:⁊ in poſſidē
do:⁊ in vtendo:⁊ in cuſtodiendo. Qꝫ aūt in dimittendo vel amit
tendo triſticiā habeat cupidus vel auarus. patet Matth.xix.vñꝰ
adoleſcēs ait iheſus. Magiſter bone quid boni faciā vt habeā vi
tam eternā.⁊ cū dixiſſet ei iheſus. Si vis ꝑfectus eſſe vade ⁊ ven
de oīa que habes ⁊ da pauperibus ⁊ cetera. Cū audiſſet adoleſcēs
vba hec:abijt triſtis.erat enī multas poſſeſſiōes habēs. ¶ Itē ori
tur triſticia ex doloſa ſimulatōe. Solēt enī hipocrite ſimulare ma
turitatē:honeſtatē:maciē:⁊ triſtē faciē cū pallore: vt videant̄ ieiu
nijs:vigilijs:⁊ auſteris abſtinētijs macerari:ſic dr̄ Matth.vj. Cū

ieiunatis nolite fieri ſicut hipocrite triſtes. exterminant enĩ facies ſuas vt appareant hoĩbus ieiunãtes. Amen dico vobis receperũt mercedẽ ſuã. de oĩbus predictis triſticijs verũ eſt qđ dicit apl's .ij. Corin. vij. Seculi triſticia mortẽ operat᷑. ¶ Tandẽ oritur triſticia ex imenſa deſolatione: que inſeperabiliter: inceſſanter: ⁊ eternalit᷑ eſt in reprobis in inferno. ſicut dicit᷑ Sap. v. Laſſati ſumus in via iniquitatis ⁊ perditiõis: ambulauimus vias difficiles. viã aũt dñi ignorauimus: qđ nobis ꝓfuit ſupbia: ⁊ diuitiarũ iactantia qđ cõtulit nobis: tranſierũt oĩa tanq̃ʒ vmbra. Sequit᷑. In malignitate aũt noſtra ↄſumpti ſumus talia ↄ iterũt ĩ inferno hi q̃ peccauerũt. Similia verba dicebat ille ſuperbiſſimus antyochus qui etiaʒ in hoc mũdo ſic eſt atrociter cruciatus: vt infernus eius dũ adhuc viueret fuerit inchoatus. In quãtã inquit tribulationẽ deueni: ⁊ in quos fluctus triſticie: quaſi diceret. ⁊ tribulatio quam patior erat mihi inopinabilis ſeu incredibilis: ⁊ fluctus triſticie qui in me diriguerũt irruũt ⁊ opprimũt me: cooperiũt: obruũt: ⁊ ſubmergũt: ſunt inestimabiles ⁊ ineffabiles ⁊ interminabiles. Quare ẽo in tantã triſticiã inciderit recognoſcit ⁊ peccata ſua: ſed tarde ⁊ inutiliter confitet᷑ dicens. Reminiſcor maloꝝ que feci ⁊c. cognoui ĝ ꝙ ꝓpterea inuenerũt me mala iſta ⁊ ecce pereo triſticia in terra aliena. Attende ꝙ dicit pereo nõ dicit perij quaſi ſit preteritũ nec peribo quaſi futurũ: ſed pereo ſemꝑ preſens: q2 dãnatio ſemꝑ eſt p̃ſens impijs in inferno: ⁊ quaſi ſemper in inchoando.

De gaudio. DIS. XXIIII.

DEinde ↄſiderandũ eſt de gaudio. Sciendũ aũt eſt ꝙ gaudiũ et delectatio differũt: ſicut magis cõmune ⁊ minus cõmune. Delectatio enim eſſe poteſt de oĩbus que ↄcupiſcimus: ſiue ſm̃ ſenſum: ſiue ſm̃ rõnẽ. gaudiũ aũt ꝓprie nõ eſt niſi de his que ſm̃ rõnẽ appetimus. Unñ in brutis aĩalib᷒ bñ eſt delectatio nõ aũt gaudiũ. in habentibus ẽo rõnẽ de oĩbus de quibus põt eſſe gaudiũ: põt eſſe delectatio: ſed nõ ecõuerſo. Nñq̃ʒ enĩ aliquis ſentit delectationẽ ſm̃ corpus: de qua tñ nõ gaudet ſm̃ rõneʒ. ⁊ ſic patet ꝙ delectatio eſt in plus q̃ʒ gaudiũ. ¶ Sciendũ aũt qualiter nos habeam᷒ et habere debeamus circa paſſionẽ ſeu affectionẽ gaudij. Notandũ eſt ꝙ multiplex eſt gaudiũ. Eſt enĩ gaudiũ reſpuendũ. ſ. gaudiũ mundanoꝝ: ⁊ gaudiũ ↄſeruandũ. ſ. gaudiũ iuſtoꝝ: ⁊ gaudiũ appetendũ. ſ. beatoꝝ. Primũ eſt reſpuendũ: q2 ſecũ habet annexã vanitateʒ. vñ nõ eſt verũ gaudiũ: ſed ſophiſticũ. de hoc dicit᷑ Job. xx. Gaudium hipocrite ad inſtar puncti. ¶ Iteʒ habet admixtã anxietatẽ. Joel. j. Cõfuſũ eſt gaudiũ a filijs hoĩuʒ. plus enĩ eſt ibi de labore: ſollicitudine: ⁊ tedio q̃ʒ de bono. vñ nõ eſt purũ gaudiũ: ſed multis ↄtrarijs ſociatũ. ¶ Itẽ habet ſociã fatuitatẽ. ſepe enĩ fiũt in iſtis gaudijs multe fatuitates q̃ al's non fierent. ⁊ qñ redit hõ ad ↄſcientiã ſuam: non inuenit ibi niſi fatuitatẽ. Prouer. xv. Stulticia gaudiũ ſtulto. ¶ Itẽ frequẽter habet ſecũ iniquitatẽ. gaudent enĩ aliqui de ſimplicũ oppreſſione. Yſa. xxxij. Gaudiũ onagroꝝ paſcua gregũ: id eſt gaudẽt ſupbi diuites ſe rapere bona de quibus paſci deberent ſimplices: tale fuit gaudiũ iudeoꝝ qui de traditione chriſti gauiſi ſunt: ⁊ pacti ſunt pecuniaʒ ſe daturos Matth. xiiij. Alij de ruina vel de infortunio ꝓximoꝝ. contra qđ ait ſap. Prouer. xxiiij. Cũ ceciderit inimicus tuus ne gaudeas: ⁊ in ruina eius ne exultet cor tuũ: ne forte videat dñs ⁊ diſpliceat ei. Ideo Job. xxxj. Si gauiſus ſum ad ruinã eius qui me oderat: quaſi diceret non. Alij de morte. Cõtra qđ Eccĩ. viii. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: qñ oẽs morimur. Alij etiã qđ longe deterius eſt de iniquitatib᷒ ſuis gaudent. ſicut ſcriptũ eſt Prouer. ij. Letant᷑ cũ malefecerint. ⁊ exultant in rebus peſſimis. ſed ſicut Prouer. xix. dicit᷑. Qui gaudet in iniquitate. denotabit᷑ id eſt diffamabit᷑: vl' infamis efficiet᷑: vel denotabit᷑ id eſt de nota ſeu ſcriptura libri vite delebit᷑. ¶ Alij inique agentibus ↄgaudent adulando qđ eſt ↄtra deũ ⁊ charitatẽ. Quia ſicut ait apl's. j. Corin. xiij. Charitas nõ gaudet inιqtate. congaudet aũt veritati. Hec oĩa predicta gaudia malo fine ↄcludunt᷑. ſicut dicit᷑ Prouer. xiiij. Extrema gaudij luctus occupat. Itẽ poſt illud Job. xxi. Tenẽt tympanũ ⁊ cytharã gaudẽt ad ſonitũ organi. Sequit᷑. Ducũt in bonis dies ſuos: ⁊ in puncto ad inferna deſcendunt. ad vitandũ tam horrendũ finẽ hortat᷑ apl's. j. Corin. vij. Qui gaudẽt tanq̃ʒ non gaudentes: ⁊ qui emũt tanq̃ʒ nõ poſſidentes: et qui vtunt᷑ hoc mũdo tanq̃ʒ non vtant᷑. Et Jacob. iiij. Riſus veſter in luctũ ↄuertat᷑ ⁊ gaudiũ in merorẽ. Itẽ Jere. xlv. dictũ eſt ad baruch. Ecce quos edificaui ego deſtruo: ⁊ quos plãtaui ego euello: ⁊ tu queris tibi gaudia: noli q̃rere.

¶ De gaudio ſpũali.

¶ Dicto de gaudio mũdiali. Sequit᷑ dicẽdũ de gaudio ſpũali: qđ etiam eſt multiplex. prouenit enĩ gaudiũ ſpũale. Ex dolore ↄtritionis: ex feruore delectationis: ex merore cõpaſſionis: ex puritate cõſcientie: ⁊ bonoꝝ operũ executione: ex amore iuſticie: ⁊ maloꝝ punitione: ex tentationũ ⁊ tribulationũ paſſione. ¶ Eſt aũt gaudiuʒ ꝓueniẽs ex dolore ↄtritionis. de quo dicit᷑ Prouer. xiiij. Cor qđ nouit amaritudinẽ aĩe ſue in gaudio eius non miſcebit᷑ extrane᷒ id eſt diabolus: vel hõ malignus. Deus enĩ ⁊ tota celeſtis curia cõgaudent ei: ſicut expreſſe dicit᷑ Luce. xv. De oue perdita quaʒ dñs ꝑ deuia queq̃ʒ requirit: ⁊ ſi iuenerit eã: imponit in humeros ſuos gaudẽs. Seq᷑t᷑. Gaudiũ mai᷒ erit ĩ celo ſuꝑ vno petõre pniaʒ agẽte: q̃ʒ ſuꝑ nonagintanouẽ iuſtis q̃ nõ indigent pnia. Tota etiã militans eccl'ia cõgaudere debet. ſicut dicit᷑ Luce. xvj. de filio ꝓdigo reuertẽti. Epulari ⁊ gaudere oportebat: q2 frater tuus hic mortu᷒ fuerat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus eſt. Quantũ ergo gaudere debet penitens de ſua ↄuerſiõe cũ inde gaudeat deus altiſſimus: humilitas iuſtoꝝ hoĩuʒ: necnõ etiam ſublimitas angeloꝝ. Debet aũt gaudere penitens ſicut eger de curatione ſua: obſeſſus de ſua euaſione: dãnatus ad mortẽ de ſua liberatiõe. Mirũ eſt aũt ꝙ de dolore gaudiũ: de amaritudine dulcedo: ⁊ de timore ſecuritas oriat᷑. ¶ Itẽ eſt gaudiũ ꝓueniẽs ex feruore dilectiõis. ſicut docet apl's. j Corin. xij. Si patit᷑ inquit vnũ mẽbrũ cõpatiunt᷑ oĩa mẽbra: ſiue gloriat᷑ vnũ mẽbrũ ↄgaudent oĩa mẽbra. Itẽ Ro. xij. Gaudere cũ gaudentibus flere cũ flentibus. ¶ Itẽ eſt gaudiũ ꝓueniẽs ex merore cõpaſſionis: id eſt ex memoria dñice paſſionis: cũ amaritudine recordate: orit᷑ gaudiũ deuotiõis. ſicut dicit᷑ Yſa. xij. Haurietis de ꝓfundo myſterio diuine pietatis. Aquas. i. abundantiã lachrymarũ in gaudio deuotiõis. De fontibus. i. de vulneribus abundãter ſanguineʒ ſemel ꝓducentibus: indeficienter ẽo gratiam ꝓmerentibus. Saluatoris. i. chriſti. Itẽ baruth. v. Gaudẽtes in dei memoria. ¶ Itẽ eſt gaudiũ ꝓueniẽs ex puritate ↄſcientie ⁊ bonoꝝ operũ executiõe. Quãtũ ad primũ dicit᷑ Eccĩ. xxx. Non eſt cenſus ſuꝑ cenſum ſalutis corporis: ⁊ nõ eſt oblectamẽtũ ſuꝑ cordis gaudiũ. Item Ro. xiiij. Non eſt regnũ dei eſca ⁊ potus: ſed gaudiũ et pax in ſpũſancto: q̃ʒtũ ad ſcđm poteſt intelligi illud Eccĩ. i. Religioſitas cuſtodiet ⁊ iuſtificabit cor: iocũditatẽ ⁊ gaudiũ dabit. ¶ Itẽ eſt gaudiũ ꝓueniẽs ex amore iuſticie ⁊ punitiõe maloꝝ. de hac ait ſap: Prouer. xxi. Gaudiũ eſt iuſto facere iudiciũ qñ. ſ. exercet᷑ iuſticia: nõ ex libidine vindicte ſed ex amore iuſticie: ſine qua reſpublica nõ poſſet ſtare: ⁊ pauci opantibus iniquitatẽ. De iuſticia enim gaudẽt iuſti ꝓpter vtilitatẽ reipub. ſicut ait Pſal. lvij. Letabit᷑ iuſtus cũ viderit vindictã. Mali aũt videntes vel audientes iuſticiã exerceri terrent᷑: vt ex terrore pene ⁊ ſi nõ ex amore dei: vel iuſticie deſiſtant a malis: ⁊ a ſuis prauis voluptatibus cõpeſcant᷑. ¶ Iteʒ eſt gaudiũ ꝓueniẽs ex tolerantia paſſionũ. Jaco. j. Oẽ gaudiũ exiſtimate: cũ in tentatiões varias incideritis: ſciẽtes ꝙ ꝓbatio fidei nr̃e patientiã opat᷑. patientia aũt opus pfectũ hʒ. Itẽ Ro. xij. Spe gaudentes in tribulatiõe patiẽtes. Itẽ Marci. v. Bti eſtis cũ maledixerint vobis hoĩes: ⁊ pſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint oẽ malum aduerſũ vos mẽtientes ꝓpter me gaudete ⁊ exultate: qñ merces vr̃a copioſa eſt in celis. Iđ dicebat apl's Colo. ij. Gaudeo in paſſionib᷒. Exẽplo xp̃i q̃ ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ. Hebre. xij. Cõicantibus igit᷑ xp̃i paſſionibus gaudete: vt in reuelatiõe glorie eius gaudeatis exultantes.

De gaudio beatoꝝ.

¶ Dicto de gaudio mũdiali ⁊ ſpirituali: dicendũ eſt aliquid breuiter de gaudio celeſti. Eſt aũt illud puriſſimũ ſine ↄtrarij pmixtiõe: pleniſſimũ oĩmoda pfectione: pfectiſſimũ eterna duratione. Eſt igit᷑ gaudiũ celeſte puriſſimũ ſine ↄtrarij pmixtiõe. Yſa. lj. Gaudiũ ⁊ leticiã obtinebũt: ⁊ fugiet dolor ⁊ gemitus. Itẽ apoc. xxj. Abſterget deus oẽm lachrymã ab oculis eoꝝ: ⁊ mors vltra non erit neq̃ʒ clamor neq̃ʒ dolor erit vltra que prima abierũt. ¶ Item eſt pleniſſimũ oĩmoda perfectiõe. Johã. xvj. Petite ⁊ accipietis: vt gaudiũ veſtrũ ſit plenũ. Item Yſa. lxv. Ecce ego creo hieruſalẽ exultationẽ ⁊ populũ eius gaudiũ. Notate verba. Non dicit dñs creo in hieruſalem exultationẽ: vel hieruſalẽ plena erit exultatione: vel aliq̃d tale: ſed ipſa ciuitas erit exultatio. Nec dicit dabo populo ei᷒ gaudium: vel populus eius erit gaudioſus: ſed ipſũ gaudiũ. Sic auteʒ loquit᷑ ad ĩmenſitatẽ gaudij plenius exprimendã: ⁊ expreſſius deſignandã. Exemplũ. ſicut lamina ferri in medio fornacis ardentiſſime tota ⁊ totaliter penetrat᷑ ab igne: ita ꝙ de lamina ⁊ de qualibet eius parte poteſt dici ꝙ non tñ eſt ignita: ſed ignis. nec tñ lamina ↄtinet in ſe nec cõprehẽdit totũ ardorẽ fornacis: ſic quelibet aĩa beata ſic vndiq̃ʒ tota ⁊ totaliter penetrat᷑ a gloria vel gaudio. ꝙ vere põt dici quelibet aĩa non tñ glorioſa: ſed ipſa gloria non tñ gaudioſa: ſed ipſũ gaudiũ. Nec tñ eſt aliqua adeo glorioſa q̃ totam gloriã cõprehendat. Sicut ſignãter deſignat dñs Matth.

xxv. Intra in gaudiũ dñi tui. quaſi dicat: non in te intrabit gaudiũ q2 tu nõ poſſes illud cõprehendere. ſed tu itrabis in illud ſicut in abyſſum impenetrabilẽ ꝛ imenſam. ¶ Iſtẽ eſt pfectiſſimũ duratione: q2 eternũ. vñ Ioh. xvj. ait ſaluatoꝛ diſcipulis ſuis. Uidebo vos ꝛ gaudebit coꝛ veſtrũ: ꝛ gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis.

De paſſionibus iraſcibilis. DISTIN. .XXV.

POſt conſiderationẽ de paſſionibus cõcupiſcibilis. Cõſequẽter dicendũ eſt de paſſionibus iraſcibilis. Et primo de ſpe ꝛ deſperatiõe Scđo de timoꝛe ꝛ audacia. Tertio de ira. ¶ Circa primũ qrunt octo. Primo vtrũ ſpes ſit idẽ qḋ deſideriũ vel qḋ cupiditas. Scđo vtruʒ ſpes ſit in vi apprehenſiua vel in vi appetitiua. Tertio vtrũ ſpes ſit in brutis aĩalibus. Quarto vtrũ ſpei cõtrariet deſperatio. Quinto vtrũ cauſa ſpei ſit experiẽtia. Sexto vtrũ in iuuenibꝰ ꝛ ebrioſis ſpes abũdet. Septimo de oꝛdine ſpei ad amoꝛẽ Octauo vtrũ ſpes ꝯferat ad opationẽ. ¶ Ad primũ. ſ. vtrũ ſpes ſit idẽ qḋ deſideriũ vel cupiditas. dicendũ ꝙ ſpes paſſionis ex obiecto ꝯſideraṫ. circa obiectũ aũt ſpei: quattuoꝛ ꝯditiones attendunṫ Primo quidẽ ſi ſit bonũ. Non enĩ ꝓprie loquẽdo eſt ſpes niſi de bono. ꝛ ꝑ hoc differt ſpes a timoꝛe qui eſt de malo. Scđo vt ſit futurũ. nõ enĩ eſt ſpes de pñti iam habito. ꝛ ꝑ hoc differt ſpes a gaudio qḋ eſt de bono pñti. Tertio requiriṫ ꝙ ſit aliqḋ arduũ cũ difficultate adipiſcibile. nõ enĩ aliquis diciṫ ſperare aliquid minimũ: qḋ ſtatim ẽ in ſua ptãte vt habeat. ꝛ ꝑ hoc differt ſpes a deſiderio vel cupiditate q̃ eſt de bono futuro abſolute. vñ ptinet ad cõcupiſcibilẽ. ſpes aũt ad iraſcibilẽ. Quarto aũt ꝙ illud arduũ ſit poſſibile adipiſci. nõ enĩ aliq̃s ſperat id qḋ oĩno adipiſci nõ põt. ꝛ ſm h̃ differt ſpes a deſperatõe. Sic igiṫ patet ꝙ ſpes differt a deſiderio ſicut differũt paſſiones iraſcibilis a paſſionibus ꝯcupiſcibilis. ꝛ ꝓpter hoc ſpes preſupponit deſideriũ. ſicut ꝛ oẽs paſſiones iraſcibilis p̃ſupponũt paſſiões ꝯcupiſcibilis. ¶ Ad ſcđm. ſ. vtrũ ſpes ſit in vi apprehenſiua vel appetitiua. dicẽdũ ꝙ cũ ſpes importet extenſionẽ quãdã appetitus in quoddã bonũ manifeſte ptinet ad appetitiuã virtutẽ. Motus enĩ ad res ꝓprie ptinet ad appetitũ. actio v̓o virtutis cognitiue pficiṫ nõ ſm motũ cognoſcentis ad res: ſed potius ſm ꝙ res cognite ſunt in cognoſcẽte. ſed q2 vis cognitiua mouet appetitiuã repñtando ei obiectũ ſuũ ſm diuerſas rõnes obiecti apphenſi ſubſequunṫ diuerſi motus in vi appetitiua. Aliꝰ enĩ motus ſequiṫ in appetitu ex apprehenſiõe boni ꝛ alius ex apprehenſione mali. ꝛ ſilr alius motus ex apphenſiõe pñtis ꝛ futuri abſoluti ꝛ ardui: poſſibilis ꝛ impoſſibilis ꝛ ſm hoc ſpes eſt motꝰ appetitiue virtutis ꝯſequẽs apprehenſionẽ boni futuri ardui poſſibilis adipiſci. ſ. extenſio appetitus in hmõi obiectũ. ¶ Ad tertiũ ſ. vtrũ ſpes ſit in brutis aĩalibus. dicẽdũ ꝙ interioꝛes paſſiões aĩaliũ ex exterioꝛibus motibus deprehendi poſſunt. ex q̃bus apparet ꝙ in aĩalibus brutis eſt ſpes. ſi enĩ canis videat leporẽ. aut accipiter auẽ nimis diſtantẽ: nõ moueṫ ad ipſã. q. nõ ſperãs ſe eã poſſe adipiſci. Si aũt ſit in ꝓpinquo: moueṫ q̃ſi ſub ſpe adipiſcẽdi. Ut enĩ ſupra dictũ eſt appetitus ſenſitiuus brutoꝝ aĩaliũ. ꝛ etiã appetitꝰ nãlis rerũ ſenſibiliũ ſequunṫ apprehenſionẽ alicuius intellectus. ſicut ꝛ appetitus nature intellectiue q̃ diciṫ volũtas. ſed in hoc eſt differentia. ꝙ volũtas moueṫ ex apprehenſiõe intellectus ꝯiuncti ſed motus appetitus nãlis ſequiṫ apphenſionẽ intellectꝰ ſeparati q̃ nãʒ inſtituit. ꝛ ſilr appetitus ſenſitiuus brutoꝝ aĩaliũ: q̃ etiã quodãmodo inſtinctu nãli agũt. vñ in opibus brutoꝝ aĩaliũ ꝛ aliaruʒ rerũ nãliũ apparet ſilis ꝓceſſus. ſicut in opibus artis. ꝛ ꝑ hũc modũ in brutis aĩalibus eſt ſpes ꝛ deſperatio. ¶ Ad quartũ. ſ. vtruʒ deſperatio ſit ꝯtraria ſpei. dicẽdũ ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt in mutationibus inueniṫ duplex ꝯtrarietas. vna ſm acceſſũ ad ꝯtrarios terminos. ꝛ talis ꝯtrarietas ſola inueniṫ in paſſiõibus ꝯcupiſcibilis ſicut amoꝛ ꝛ odiũ ꝯtrarianṫ. Alio mõ ꝑ acceſſũ ꝛ receſſuʒ reſpectu eiuſdẽ termini. ꝛ talis ꝯtrarietas inueniṫ in paſſiõibus iraſcibilis obiectũ aũt ſpei qḋ eſt bonũ arduũ habet q̃dẽ rõnẽ attractiui ꝓut ꝯſideraṫ cũ poſſibilitate adipiſcendi. ꝛ ſic tendit in ipſũ ſpes q̃ importat quẽdã acceſſũ. Sed ſm ꝙ ꝯſideraṫ cũ impoſſibilitate obtinẽdi habet rõnẽ repulſiui. q2 vt diciṫ in. iiij. Ethi. Cũ ventũ fuerit ad aliqḋ impoſſibile: tũc hoĩes diſcedũt. ꝛ ſic reſpicit hoc obiectuʒ deſperatio. vñ importat motũ cuiuſdã receſſus ꝛ ꝓpter hoc ꝯtrariaṫ ſpei ſicut receſſus acceſſui. ¶ Ad q̃ntũ. ſ. vtrũ expientia ſit cã ſpei. dicendũ ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt: obiectũ ſpei eſt bonũ futuruʒ arduũ poſſibile adipiſci. Poteſt ergo aliqḋ eſſe ſpei cã. vel q2 facit hoĩ aliqḋ eſſe poſſibile. vel q2 facit eũ eſtimare aliqḋ eſſe poſſibile Primo mõ eſt cã ſpei oẽ illud qḋ auget ptãteʒ hoĩs: ſicut diuitie. foꝛtitudo. ꝛ inter cetera etiã expientia. nã ꝑ experiẽtiã hõ acq̇rit facultatẽ aliq̇d de facili faciẽdi. Et ex hoc ſequiṫ ſpes. vñ Uegetius dicit ĩ libro de re militari. Nemo facere metuit qḋ ſe bñ didiciſſe cõfidit. Alio mõ eſt cã ſpei oẽ illud qḋ facit alicui eſtimationeʒ ꝙ aliqḋ ſit ſibi poſſibile. Et hoc mõ doctrina ꝛ pſuaſio quelibet põt eſſe cã ſpei. ꝛ ſic etiã expientia eſt cã ſpei: inquãtũ ſcilicet ꝑ expientiã fit hoĩ eſtimatio ꝙ aliqḋ ſit ſibi poſſibile: qḋ impoſſibile ante expientiã reputabat. ſed ꝑ hunc modũ experientia poteſt etiã eſſe cauſa defectus ſpei: q2 ſicut ꝑ expientiã fit hoĩ eſtimatio ꝙ aliqḋ ſit ſibi poſſibile: qḋ reputabat impoſſibile. ita ecõtrario ꝑ experiẽtiã fit hoĩ eſtimatio ꝙ aliqḋ nõ ſit ſibi poſſibile: qḋ poſſibile eſtimabat. Sic ergo experientia eſt cauſa ſpei duobus modis. cauſa aũt defectus ſpei vno mõ. ꝛ ꝓpter hoc magis dicere poſſumus eã eſſe cauſã ſpei. ¶ Ad ſextũ. ſ. vtrũ in iuuenibꝰ ꝛ ebrioſis ſpes abundet. dicendũ ꝙ iuuentus eſt cauſa ſpei ꝓpter tria. vt phus dicit in ſcđo Retho. Et hec tria poſſunt accipi ſm tres diuiſiões boni qḋ eſt obiectũ ſpei: qḋ eſt futurũ ꝛ arduũ ꝛ poſſibile: vt dictũ eſt. Iuuenes enĩ multũ habent de futuro ꝛ parũ de preterito. ꝛ iõ q2 memoria eſt preteriti: ſpes aũt futuri: parum habent de memoria ſed multũ viuũt in ſpe. iuuenes etiã propter caliditatẽ nature habent multos ſpiritus. ꝛ ita in eis coꝛ ampliaṫ. Ex amplitudine aũt coꝛdis eſt ꝙ aliqḋ ad ardua tendat. ꝛ ideo iuuenes ſunt animoſi ꝛ bone ſpei. ſilr etiam illi qui nõ ſunt paſſi repulſam: nec experti impedimenta in ſuis conatibus de facili reputant aliquid ſibi poſſibile vñ ꝛ iuuenes ꝛ ꝓpter inexperientiã impedimentoꝝ ꝛ defectuũ de facili reputant aliqḋ poſſibile. ꝛ ideo ſunt bone ſpei. duo etiã iſtorum ſunt in ebrijs. ſ. caliditas ꝛ multiplicatio ſpirituũ ꝓpter vinũ ꝛ verũ inꝯſideratione periculoꝝ vel defectuũ. ꝛ ꝓpter eandẽ rõnẽ etiã oẽs ſtulti ꝛ deliberatione nõ vtentes oĩa tentant ꝛ ſunt bone ſpei. ¶ Ad ſeptimũ. ſ. vtrũ ſpes ſit cauſa amoꝛis. Dicendũ ꝙ ſpes duo reſpicit. poteſt enĩ reſpicere ſicut obiectũ bonũ ſperatũ. ſed q2 bonũ ſperatũ eſt arduũ poſſibile. fit aũt aliq̃n aliqḋ arduũ poſſibile nobis. nõ ꝑ nos ſed ꝑ alios. Ideo ſpes etiã reſpicit id per qḋ fit nobis aliquid poſſibile. Inquãtũ igiṫ ſpes reſpicit bonũ ſperatuʒ ſpes ex amoꝛe cauſaṫ. Non enĩ eſt ſpes niſi de bono deſiderio et amato. inquãtũ v̓o ſpes reſpicit illũ ꝑ quẽ fit nobis aliqḋ poſſibile: ſic amoꝛ cauſaṫ ex ſpe: ꝛ nõ ecõuerſo. Ex hoc enĩ ꝙ ꝑ aliqḋ ſperamus nobis poſſe ꝓuenire bona mouemur in ipſum ſicut in bonũ noſtrũ. ꝛ ſic incipimus ipſum amare. Ex hoc enim ꝙ amemus aliquẽ nõ ſperamus de eo niſi ꝑ accidens: inquantũ. ſ. credimus nos reamari ab ipſo vñ amari ab aliquo facit nos ſperare de eo. ſed amoꝛ eius cauſaṫ ex ſpe quã de eo habemus. ¶ Ad octauũ. ſ. vtrũ ſpes adiuuet opationẽ. dicendũ ꝙ ſpes ꝑ ſe ſemꝑ hʒ ꝙ adiuuet operationẽ intendendo ipſã. ꝛ hoc ex duobus. Primo quidẽ ex rõne ſui obiecti qḋ eſt bonũ arduũ poſſibile. Eſtimatio enĩ ardui excitat attentionẽ. eſtimatio v̓o poſſibilis nõ retardat conatũ. vñ ſequiṫ ꝙ hõ intente opereṫ ꝓpter ſpem. Scđo v̓o ex rõne ſui effectus. ſpes enĩ vt ſupra dictũ eſt cauſat delectationẽ que adiuuat opationẽ vt ſupra dictũ eſt. vñ ſpes opationeʒ adiuuat. ¶ Ex predictis collige ꝙ ſpes ꝛ eſt paſſio et eſt virtus. vna videlicet de virtutibus theologicis. Et ꝯueniũt hec ꝛ illa: q2 vtraq3 eſt quedaʒ expectatio boni futuri: nõ cuiuſcũq3 ſed ardui. deſideriũ enim de quo dictũ eſt ſupra. eſt reſpectu boni futuri cuiuſcũq3 magni vel parui: ardui vel nõ ardui. ꝛ timoꝛ eſt reſpectu mali futuri cuiuſcũq3 magni vel parui. ſed ſpes eſt reſpectu boni futuri ardui. Differũt aũt ſpes ſcđm ꝙ eſt paſſio: ꝛ ſcđm ꝙ ẽ virtus. q2 ſpes ſm ꝙ ẽ virtꝰ eſt certa expectatio future btitudinis: ex gr̃a ꝛ meritis ꝓueniens. ſed ſcđm ꝙ eſt paſſio: eſt expectatio non certa alicuius boni futuri ex rõne vel ꝯiectura ꝓbabili cũ ꝯfidentia diuine bonitatis ꝓueniẽs. Ex his intellige differentias inter ſpem ſcđm ꝙ eſt virtꝰ ꝛ ſcđm ꝙ eſt paſſio. nam vna eſt expectatio certa: alia non certa. vna eſt de bono increato ꝛ eterno: alia de bono creato ꝛ tpali. vna ꝓuenit ex gratia ꝛ meritis: alia nõ. ¶ Sciendũ aũt eſt ꝙ ſpes aliq̃n accipiṫ large ꝑ expectatiõe boni futuri cuiuſcũq3 ardui vel nõ ardui. ſicut dicimus ꝙ agricola laboꝛat ſpe fructus percipiendi. ꝛ mercatoꝛ in ſpe lucri acquirẽdi. ꝛ generaliter oĩs artifex operatur in ſpe finis ſui operis aſſequẽdi. Alio mõ diciṫ ſpes ꝓprie ꝑ expectatione boni futuri ardui vt dictũ eſt. que videlicet expectatio ꝓuenit ex aliqua ꝓbabili rõne: que tñ eſt minus principalis. ꝛ ex cõfidentia adiutoꝛij diuine bonitatis miſericoꝛditer affuturi. ſicut videmus ꝙ aliq̃s iuuenis delicatus ꝯſtanter artiſſimã religionẽ ingrediṫ. Nã ſue debilitatis oblitus ſperat diuinũ ſibi adiutoꝛiũ affuturũ. Alius auſterã aſſumit penitentiã. aliꝰ longas peregrinationes ꝛ duras. alius laboꝛes ꝛ picula: q̃ oĩa videnṫ excedere vires eoꝝ qui ꝓpter firmã ſpem quã habẽt in dño talia aggredi nõ ve-

rent. Hoc modo decet oēs hoīes eſſe bone ſpei: vt videlicet ſperēt
ſperāda de diuina miſericordia confidendo: ⁊ ei principaliter inni
tendo: ſm illud Pſal. In deo ſperauit coꝛ meū ⁊ adiutus ſum. Ad
hanc hoꝛtat̄ Sap. Eccl. ij. Reſpicite filij nationes hominū: ⁊ ſcito-
te quia nullus ſperauit in dn̄o ⁊ cōfuſus eſt. Maxime vō decet ⁊
expedit reges ⁊ principes eſſe magne ſpei in magnis arduis ⁊ peri
culoſis negocijs: preſertim cū pro iuſticia conſeruanda: ⁊ vtilitate
reipublice pcurāda vel defendenda hec attētant. ⁊ tāto magis de-
cet eos eſſe bone ſpei: quanto negocia iuſtioꝛa ſunt ⁊ magis cōia:
quanto etiā poteſtas ciuilis: abundantia diuitiarū: ⁊ nobilitas ge-
neris eis ampliꝰ ſuffragant̄: dūmodo nō nimis in iſtis confidant.
ſed hoc quaſi pro nihilo habētes diuine miſericoꝛdie pncipaliter
innitant̄. Exēplo illius nobiliſſimi principis Jude. ſ. machabei: de
quo ſic dicit̄. ij. Mach. xv. Machabeus ſemꝑ cōfidebat cū omni
ſpe auxiliū ſibi a dn̄o affuturū. ⁊ hoꝛtabat̄ ſuos ne foꝛmidarēt ad
aduentū nationū: ſed in mēte haberēt adiutoꝛiū ſibi factū de celo:
⁊ nūc ſperarēt ab omnipotēte ſibi victoꝛiā affuturā. Exemplū etiā
habemꝰ. ij. paral. xiij. Q cū Hieroboam rex iſrael cum octingētis
milibus veniſſet ad pugnandū cōtra Abya regē iuda: dixit Abya
ad Hieroboam ⁊ exercitū eiꝰ Habetis grādē populi multitudinē:
in exercitu autē noſtro dux deus. Filij iſrael nolite pugnare cōtra
dn̄m: quia vobis nō expedit. Sequit̄: Perterruit deꝰ Hieroboam
et omnē iſrael qui ſtabat ex aduerſo iuda ⁊ abya: ⁊ coꝛruerunt ex
iſrael vulnerati quingēta milia viroꝝ foꝛtiū. humiliatiꝗ ſunt filij
iſrael in tp̄e illo: ⁊ vehemētiſſime cōfoꝛtati ſunt filij iuda: eo ꝙ ſpe
raſſent in dn̄o deo patrū ſuoꝝ. Ad h̄ etiā ſunt exēpla innumera in
ſcriptura ſacra: q̄ cā breuitatꝪ omitimꝰ. ¶ Sed de mūdanis hoībꝰ
dicit̄ Sap. iij. Uacua eſt ſpes illoꝝ: nec mirū quia non in deo ſed
in vanitate confidūt: videlicet in opulentia diuitiarū tp̄aliū. Sicut
de impio dicit̄ in pſal. Ecce homo qui non poſuit deū in adiutoꝛē
ſuū: ſed ſperauit in multitudine diuitiaꝝ ſuarū. Propter qꝺ Apl's
Thimoteū admonet dicēs. j. Thi. vij. Diuitibꝰ huiꝰ ſeculi pcipe
nō ſublime ſapere: nec ſperare in incerto diuitiaꝝ: ſed in deo viuo.
Et Sap. ait Eccl. xxxi. Beatꝰ diues qui inuētus eſt ſine macula: ⁊
qui poſt aurū nō abijt: nec ſperauit in pecunie theſaurꝪ. Alij in po-
teſtate ciuili: ſicut reges ⁊ principes ſolent ꝯfidere in multitudine
viroꝝ militariū. cōtra quos Pſal. ait: In te inimicos noſtros vēti
labimꝰ coꝛnu. ⁊ in noīe tuo ſpernemꝰ inſurgētes in nobis. non enī
in arcu meo ſperabo: ⁊ gladius meus nō ſaluabit me. q. d. ſperent
alij in multitudine bellatoꝝ: ſed ego in deo meo ſperabo. Idē etiā
dicit: In deo ſperaui: nō timebo quid faciat mihi hō. Nō enī ſal-
uatur rex ꝑ multā virtutē: ⁊ gigas nō ſaluabit̄ in multitudine vir-
tutis ſue. ¶ Alij ſperāt in multitudine amicoꝝ carnaliū: affinitate
ꝯſanguinitate: ſeu quocūꝗ federe ꝯiūctoꝝ. Cōtra tales ait dn̄s ꝑ
ꝓphetā Hiere. xvij. Maledictus hō qui cōfidit in hoīe: ⁊ ponit
carnē brachiū ſuū: ⁊ a dn̄o recedit coꝛ eiꝰ. Itē Iſa. xxx. Ue filij de-
ſertoꝛes dicit dn̄s ſperātes auxiliū in foꝛtitudine pharaonis: ⁊ ha
bentes fiduciā in vmbꝛa egypti. ⁊ erit vobis foꝛtitudo pharaonis
in cōfuſionē: ⁊ fiducia vmbꝛe egypti in ignominiā. Aduerte ꝙ qn̄
cūꝗ filij iſrael in neceſſitatis tp̄e quaſi de dn̄o diffidentes ad hu-
manū auxiliū recurrebāt: dn̄s humiliabat eos coꝛā inimicis ſuis.
Qn̄ vō ꝯuertebant̄ ad eū de ſua miſericoꝛdia confidentes libera-
bat eos: ſicut patet exemplis innumeris in ſcriptura. ¶ Alij ſperāt
in excellentia naturaliū: videlicet iuuētute: foꝛtitudine: pulchꝛitu-
dine: ſanitate: nobilitate generis: ⁊ huiuſmodi. Ex his enī quedaꝫ
ſpes vana cōſurgit: qua ꝓmittit homo ſe diu victurum. Magna
quidē: ſed nō ita ſcito facturū: honoꝛes ⁊ diuitias adepturū: mun-
di bonis vſurū: ⁊ ſua iuuenilia deſideria impleturū: ante moꝛtē pe
nitentiam ſalutarē acturū: ⁊ in moꝛte ſenſum viuacē: oꝛdinatā me
moꝛiā: vſum loquele: ⁊ actū diſcretionis neceſſarie ac debite ꝓui-
dentie habiturū. ſed reuera vaniſſima: falſiſſima: imo nimis erro-
nea eſt ſpes iſta: cū ſit cōtra deū: cōtra rationē: ⁊ cōtra quotidianā
experientiā. ſicut diligēter intuenti luce clarius innoteſcit. Ait enī
Sapiēs Sap. iij. Spes impij quaſi lanugo eſt: que a vento moue-
tur: ⁊ tanꝗ̄ ſpuma gracilis que a ꝓcella diſpgit̄: ⁊ tanꝗ̄ fumus q̄
e vēto diffuſus eſt: ⁊ tanꝗ̄ memoꝛia hoſpitis vniꝰ diei pretereun-
tis. Hec ſpes adeo ſeducit hoīes: vt vix inueniat̄ aliquis q̄ in moꝛ-
tis articulo poſitus: ⁊ iam extremo ſpū cōſtitutus: ⁊ ab oībꝰ deſpe
ratus nō ſperet adhuc euadere: ⁊ recuperare coꝛpoꝛis ſanitatē. q̄
ſpe ſtultiſſima circumuentꝰ negligēter agit ea que anime pertinēt
ad ſalutē. Huius exēplū habemꝰ. ij. Mach. ix. de impijſſimo An-
tiocho: q̄ a deo percuſſus plaga inſanabili: ita vt de coꝛpoꝛe impij
vermes ſcaturirēt: ac viuētes in doloꝛibꝰ carnes eiꝰ effluerēt: odo-
re etiā illius ⁊ fetoꝛe exercitus grauaret̄. dicebat tn̄: Ego infirmita
te graui appꝛehēſus neceſſariū duxi pro cōi vtilitate curā habere:
nō deſperās memetipſum. ſed multā ſpem habēs effugiēdi infir-
mitatē: ecce in deſperato ſtatu poſitus non deſperabat. Itē de ne-
gocijs extrinſecis curam habēs: de ſalute anime nō curabat. Iſto
modo decipiunt̄ ⁊ excecant̄ pene oēs hoīes in extremis. ¶ Ex ꝑ
miſſis ſatis patet quid ſit de deſperatiōe dicendū. Sicut enī expe
dit omni homini pcipue regibꝰ ⁊ principibꝰ ſperare ſperāda: ſic
expedit nō ſperare nō ſperāda. Et ſicut ſperare nō ſperāda eſt pre
ſumptuoſa temeritas: ſic deſperare ſperāda eſt meticuloſa timidi
tas. ⁊ ſi nullos hoīes decet eſſe timidos ⁊ puſillanimes: multomi-
nus decet reges ⁊ principes: quos opoꝛtet magna ⁊ ardua tracta-
re negocia: ⁊ gratia interdū ſubire pericula pro republica conſer-
uāda. vnde in eis periculoſa eēt deſperatio. Sicut dicit̄. ij. Reg. ij
An ignoꝛas ꝙ periculoſa ſit deſperatio. Uere periculoſa: qm̄ ante
aggreſſionē negocij deijcit animū ⁊ eneruat virtutē: vt nullum bo
nū negociū audeat attētare. Sicut dicit̄ ꝓuer. xxiiij. Si deſpera-
ueris in die anguſtie iminuet̄ foꝛtitudo tua. Poſt aggreſſionē vō
aut deſperatio facit deſiſtere ab incepto ⁊ totū dimittere imperfe-
ctum: ⁊ terga vertere inimicis in pꝛelio: aut ruptis diſcretionis ha
benis: ⁊ pꝛoꝛſus iudicio rationis oblito adinſtar belue rabie ſeuiē
tis. interdum in moꝛtē pcipitat miſerū peccatoꝛē: et perditionis
abyſſum. Un̄ Ephe. iiij. Deſperātes ſemetipſos tradiderūt impu-
dice in operationē oīs imūdicie. Et Hiere. xviij. Dicunt impij dn̄o
eos miſericoꝛditer reuocanti: Deſperauimꝰ: poſt cogitationes no
ſtras ibimꝰ: ⁊ vnuſquiſꝗ prauitatē coꝛdis ſui mali faciemꝰ. Nō-
nunꝗ̄ etiā hoīes deſperati ⁊ ipſa deſperatione cecati i ſeipſos cru
deliter ſeuiētes in moꝛtē ſe pcipitāt coꝛpoꝛalem. Alij nāꝗ flam
mis ſe perimūt. alij in aquis ſe ſubmergūt. alij gladio ſe trucidant
alij pcipitāt ſe collidūt ⁊ pereunt. alij laqueo ſe ſuſpēdūt. aliiſꝗ
modis varijs vitā ſibi miſerā extoꝛquētes: irremediabiliter ſibi tā
coꝛpoꝛum ꝗ̄ animarū eternam perditionē acquirunt. De deſpera
tione require infra libro tertio.

¶ De timoꝛe ⁊ audacia DIS. .XXVI.

DEinde conſiderandū eſt de timoꝛe ⁊ audacia.
Circa timoꝛē ꝯſiderāda ſunt q̄ttuoꝛ
Primo de ipſo timoꝛe. Secūdo de obiecto eius. Ter-
tio de cauſa. Quarto de eiꝰ effectu. ¶ Circa primū que
runt̄ q̄ttuoꝛ. Primo vtrū timoꝛ ſit paſſio aīe. Secūdo vtrū ſit paſ
ſio ſpecialis. Tertio vtrū ſit aliquis timoꝛ naturalꝭ. Quarto de ſpe
ciebus timoꝛis. ¶ Ad primū. ſ. vtrū timoꝛ ſit paſſio anime. Dicen
dū ꝙ inter ceteros anime motus poſt triſtitiā timoꝛ magis ratio-
nē obtinet paſſionis. Ut enī ſupꝛa dictū eſt: ad rationē paſſionis
pꝛimo quidē pertinet ꝙ ſit motus paſſiue virtutis: ad quā. ſ. com-
paret̄ ſuū obiectū ꝑ modū actiui mouētis: eo ꝙ paſſio eſt effectus
agētis. ⁊ ꝑ hūc modū etiā ſentire ⁊ intelligere dicit̄ pati. Secundo
modo magis pꝛopꝛie dicit̄ eſſe paſſio motus appetitiue virtutis.
et adhuc magis pꝛopꝛie motus appetitiue virtutis habentes oꝛga
nū coꝛpoꝛale: qui ſit aliqua cum trāſmutatione coꝛpoꝛali. ⁊ adhuc
pꝛopꝛiiſſime illi motus paſſiones dicunt̄: qui impoꝛtant aliq̄ꝺ no
cumentū. Manifeſtū eſt autē ꝙ timoꝛ cū ſit de malo: ad appetiti-
uam potentiā pertinet: que ꝑ ſe reſpicit bonū ⁊ malū: pertinet aūt
ad appetitū ſenſitiuū. ſit enī cū quadā trāſmutatiōe. ſ. cū ꝯtractiōe
vt Dam. dicit. Et impoꝛtat etiā habitudinē ad malū ſm ꝙ malum
habet quodāmodo victoꝛiā ſuꝑ aliquē. vnde veriſſime ſibi cōpe-
tit ratio paſſionis: tn̄ poſt triſtitiā que eſt de malo pꝛeſenti. nā ti-
moꝛ eſt de malo futuro: quod nō ita mouet ſicut pꝛeſens. ¶ Ad ſe
cundū. ſ. vtrū timoꝛ ſit paſſio ſpecialis. Dicēdū ꝙ paſſiones aīe re-
cipiunt ſpeciē ex obiectis. vnde ſpecialis paſſio eſt que habet ſpe-
ciale obiectū. timoꝛ autē habet ſpeciale obiectū ſicut ⁊ ſpes. Sicut
enī obiectū ſpei eſt bonū futurū arduū poſſibile adipiſci: ita obie-
ctum timoꝛis eſt malū futurū difficile: cui reſiſti nō poteſt. vnde ti
moꝛ eſt ſpecialis paſſio aīe. ¶ Ad tertiū. ſ. vtrum ſit aliquis timoꝛ
naturalis. Dicendū ꝙ aliquis motus dicit̄ naturalis: quia ad ipm
inclinat natura. Sed hoc cōtingit dupliciter. Uno modo qn̄ totū
perficit̄ a natura abſꝗ aliqua operatione appꝛehenſiue virtutis.
ſicut moueri ſurſum eſt motus naturalis ignis: ⁊ augeri eſt motꝰ
naturalis aīaliū ⁊ plantarū. Alio modo dicit̄ motus naturalis ad
quē natura inclinat: licꝫ nō perficiat̄ niſi ꝑ appꝛehenſionē. quia ſic
ſupꝛa dictū eſt motus cognitiue ⁊ appetitiue virtutis reducunt̄ in
naturā ſic in pꝛimū pꝛincipiū. ⁊ ꝑ hūc modū etiā ipſi actus appꝛe-
henſiue virtutis: vt intelligere: ſentire: ⁊ memoꝛari. Et etiā motus
appetitus animalis qn̄ꝗ dicunt̄ naturales. ⁊ ꝑ hūc modū poteſt
dici timoꝛ naturalis. ⁊ diſtinguit̄ a timoꝛe nō naturali ſm diuerſi-
tatē obiecti. Eſt enī vt ph̄s dicit in. ij. rheto. timoꝛ de malo coꝛru-

priuo qđ natura refugit ꝓpter naturale deſideriū eſſendi ⁊ talis timoꝛ dicit̃ naturalis. Eſt iterū de malo ɔtriſtatio qđ non repugnat nature: ſed deſiderio appetit᷑. et talis timoꝛ nō eſt naturalis: ſicut etiā ſupꝛa amoꝛ: ɔcupiſcentia ⁊ delectatio diſtincta ſunt ꝑ naturale ⁊ nō naturale. Sed ſm pꝛimā acceptionē naturalis ſciendū eſt ꝙ quedā de paſſionibus aīe quīq̄ʒ dicunt̃ naturales: vt amoꝛ: deſideriū ⁊ ſpes. alie vō naturales dici nō poſſunt. ⁊ hoc ideo qꝛ amoꝛ ⁊ odiū deſideriū ⁊ fuga impoꝛtāt inclinationē quādā ad ꝓſequēdū bonū ⁊ fugiendū malū. que quidē inclinatio ꝑtinet etiā ad appetitū naturalē. ⁊ ideo amoꝛ quidē naturalis eſt: ⁊ deſiderium vel ſpes poteſt quodāmō dici etiaʒ in rebus naturalibus cognitione carentibus. Sed alie paſſiones aīe impoꝛtant quoſdā motus: ad quos nullo mō ſufficit inclinatio naturalis: vel qꝛ de ratiōe harū paſſionū eſt ſenſus ſeu cognitio: ſicut dictū eſt ꝙ appꝛehenſio requirit̃ ad rationē delectationis ⁊ doloꝛis. vn̄ q̄ carent cognitione nō poſſunt dici delectari vl' dolere: aut qꝛ huiuſmodi motus ſunt ɔtra rationē inclinationis naturalis: puta ꝙ deſperatio refugit bonū ꝓpter aliquā difficultatē: ⁊ timoꝛ refugit impugnationē mali contrarij ad qđ eſt inclinatio naturalis. ⁊ ideo huiuſmodi paſſiones nullo modo attribuunt̃ rebus inanimatis. ¶ Ad quartū. ſ. de ſpeciebus timoꝛis. dicendū ꝙ Damaſc. lib. ij. aſſignat quinq̄ʒ ſpecies timoꝛis. videlicet: ſegniciē: erubeſcentiā: verecundiā: admirationē: ſtupoꝛem. Quoꝝ numerus ⁊ differentia ſic ſumit̃: qꝛ timoꝛ ſicut dictū eſt. eſt de futuro malo qđ excedit poteſtatē timentis: vt ſ. ꝙ ei reſiſti nō poſſit. ſicut aūt bonū hoīs ita ⁊ malū poteſt ɔſiderari vel in operatione ipſius vel in exterioꝛibus rebus. In operatione aūt ipſius hoīs poteſt dupliciter malū timeri. Pꝛimo quidē laboꝛ grauans naturā. ⁊ ſic cauſat̃ ſegnicies: cum aliquis refugit operari ꝓpter timoꝛē excedentis laboꝛis. Scđo turpitudo ledens opinionē: ⁊ ſic ſi turpitudo timeat̃ in actu cōmittēdo eſt erubeſcētia. ſi aūt ſit de turpi iam facto eſt verecūdia. Malū aūt qđ in exterioꝛibus rebus ɔſiſtit triplici rōne pōt excedere hoīs facultatē ad reſiſtendū. Pꝛimo quideʒ rōne ſue magnitudinis. cum. ſ. aliquis ɔſiderat aliqđ magnū malū: cuius exitum ɔſiderare nō ſufficit. et ſic eſt admiratio. Scđo rōne diſſuetudis. quia. ſ. aliqđ malū incōſuetū noſtre ɔſiderationi offertur: ⁊ ſic magnū eſt in noſtra reputatione. ⁊ hoc mō eſt ſtupoꝛ qui cauſat̃ ex inſolita imaginatione. Tertio modo ratiōe impꝛouiſionis. qꝛ. ſ. pꝛeuideri nō poteſt: ſicut futura infoꝛtunia timent̃. ⁊ talis timoꝛ dicit̃ agonia. Et nota ꝙ admiratio ⁊ ſtupoꝛ ſpecies ſūt timoꝛis: ſed admiratio que eſt de magno malo ⁊ ſtupoꝛ qui eſt de malo inſolito. vn̄ poteſt dici ꝙ ſicut ſegnicies refugit laboꝛē exterioꝛis operatiōis: ita admiratio ⁊ ſtupoꝛ refugiunt difficultatē ɔſiderationis rei magne ⁊ inſolite ſiue ſint bona ſiue mala: vt hoc mō ſe habeant ſtupoꝛ ⁊ admiratio ad actum intellectus. ſicut ſegnicies ad exterioꝛē actū. Admirans enī refugit in pꝛeſenti dare iudiciū de eo ꝙ mirat̃. timens defectū: ſed in futurū inquirit. Stupens autē timet ⁊ in pꝛeſenti iudicare: ⁊ in futuro inquirere. vn̄ admiratio eſt pꝛincipiū philoſophandi. ſed ſtupoꝛ eſt phice ɔſiderationis impedimentū. ¶ Iteʒ aſſignant̃ a magiſtris ⁊ ſanctis ſeptē ſpecies timoꝛis. Eſt enī timoꝛ naturalis: mūdanus: humanus: ſeruilis: initialis: filialis ſiue caſtus ⁊ reuerētie. ¶ Timoꝛ naturalis eſt quo naturaliter hoꝛret hō quicq̄d eſt nature ɔtrariū vel nociuū: iſte non eſt meritoꝛius vel demeritoꝛius: ſed indifferens: qꝛ non ſubijcit̃ libero arbitrio. hoc timoꝛe oīs hō timet in mari ⁊ in oī periculo pꝛecipue in moꝛte. vn̄ chꝛiſtus vt verū coꝛpus humanū ſe habere oſtenderet: iminente paſſione cepit pauere ⁊ tedere. ſicut dicit̃ Marci. xiiij. Et ex vehemētiſſimo paſſionis hoꝛroꝛe. factus in agonia ſudoꝛē ſanguineū emiſit: qn̄ fact᷑ eſt ſudoꝛ eius tanq̄ʒ gutte ſanguinis decurrentis in terram Luce. xxij. Quia lʒ ipſe ardentiſſimo deſiderio ꝓ ſalute nr̄a quereret paſſionē ſm iudiciū rōnis ⁊ imperiū diuinitatis: tn̄ ſenſualitas naturaliter hoꝛrebat moꝛtē. vn̄ ſm motū ſenſualitatis oꝛabat. Pater ſi fieri pōt trāſeat a me calix iſte Matth. xxvj. ſed ſm iudiciū rōnis dicebat: verūtn̄ nō ſicut ego volo ſed ſicut tu. Iſto timoꝛe fugit helyas a facie iezabel. iij. Reg. xix. Iſtū timoꝛē etiā viri ſancti cōiter hn̄t in moꝛte: vt ſiquid eſt in eis purgandū ipſo pauoꝛe purget̃ vl' qꝛ timet aīa ſepari a carne: ⁊ īrare regionē ſibi pꝛius ignotā. Vn̄ in vitis patꝝ legit̃. ꝙ cū q̄dā pater deſideraret videre quō aīa iuſti de coꝛpe egrederet̃. trāſiēs ꝑ quādā villā vidit quēdā ꝑegrinū ſolū in platea iacētē: ⁊ q̄ſi in extremis laboꝛātē: ⁊ michaelē ⁊ gabꝛielē de celo deſcēdētes: ⁊ ei aſſiſtētes: vn᷑ ad dexterā: alter aūt ad ſiniſtrā ⁊ rogabāt aīaʒ de pꝛecepto dei vt a coꝛpe egrederet̃: q̄ timēs nolebat coꝛp᷑ relinq̄re. ⁊ dixit michael ad gabꝛielē: ſume hāc aīaʒ vt regrediamur. Rn̄dit gabꝛiel. miſſi ſumus a dn̄o vt ſine doloꝛe et violentia eijciat̃. Cū hec clamarēt ad dn̄m: miſit dn̄s cytbariſtā dauid cū cantoꝛib᷑ celeſtis hieruſalē. Quoꝝ cantus audiēs anima peregrini inter man᷑ angeloꝝ exilijt: ⁊ cū gaudio in celū deducta fuit. Notandū ꝙ nō eſt mirū ſi ſcī ⁊ iuſti moꝛtē timēt. De quibus ꝓuer. xxviij. Iuſtus quaſi leo cōfidit. Et. xxx. eiuſdē: Leo foꝛtiſſimus beſtiarū ad nullius pauebit occurſum. cū ipſe leo vt dicūt naturales ſeptē timeat: vt patet ex libro Iſidoꝛi ⁊ hyſtoꝛia trāſmarina. ſ. ſtratā publicā: ſtrepitū rotarū: ⁊ ignē: ⁊ quoddā aīal qđ dicit̃ lazaimi. a cui᷑ ferocitate vix poteſt aliq̄ beſtia eſſe tuta. ⁊ quoddaʒ aīal paruū qđ dicit̃ leotopholos. de cui᷑ carnib᷑ comedens leo intoxicat̃ a venatoꝛib᷑ ⁊ occidit̃. vn̄ illud aīal maxime odiūt leones. et ſi poſſunt illud inuenire occidūt: quia paruū eſt. non tn̄ inde guſtāt. Itē timet leo venatoꝛ ingenia ſiue artificia: vt pedicas ⁊ choꝛdas. vn̄ cauda delet veſtigia ſua. Itē timēt leones ſuoꝝ cuſtodum flagella. vn̄ aliqn̄ catulos innoxios verberāt coꝛā eis vt diſcant timere. Silr̄ iſta ſeptē debēt timere hoīes. ſ. ſtratā moꝛtis publicā: ꝑ quā neceſſe eſt oēs incedere. ſtrepitus rotarū. ſ. cōminationes ⁊ vba vtriuſq̄ʒ teſtamenti: ignē inferni ⁊ purgatoꝛij: feritatē ſūmi iudicis. Toxicū pcī venatoꝛ. i. demonū aſtutiā: flagella pn̄tia bonorū ⁊ maloꝝ. Timoꝛ mūdan᷑ eſt quo timet hō amittere tpalia q̄ habet: vel non cōſequi que deſiderat ⁊ nō habet. intantū ꝙ pꝛeelegit aliquid facere cōtra deū q̄ʒ habita perdere vel deſiderata nō ɔſeq. Pꝛimo modo peccauit pharao oppꝛimens filios iſrael iniuſte ne multiplicarent̃ ⁊ adderent̃ inimicis ſuis: ⁊ dānificarēt eū in reb᷑. Exo. j. Silr̄ herodes occidēs pueros volēs occidere iheſum: timēs ne auferret ei regnū Math. ij. Itē iudei Ioh. xi. Ne foꝛte veniant romani ⁊ tollant locū ⁊c̄. Silr̄ pilatus timēs amittere pꝛīdētie dignitatē xp̄m tradidit ad moꝛtē: cū tn̄ pꝛius ꝑ multas vias conatus fuiſſet liberare eū. Audito enī Scđm legē debet moꝛi: quia filium dei ſe fecit: timuit. ſicut dicit̃ Ioh. xix. Sed tn̄ audito poſtea: Si hūc dimittis nō es amicus ceſaris. tradidit eū vt crucifigeret̃. De hoc Iob. vj. Qui timet pꝛuinā irruet ſup eū nix. Grego. Aliq̄s peccatoꝝ ſuoꝝ conſcius: ea que poſſidet indigētib᷑ largiri deſiderat: ſed tn̄ ne datis rebus egeat ipſe foꝛmidat. Cūq̄ʒ carnis ſubſidia reſeruāda trepidus pꝛeparat: ab alimētis miſericoꝛdie animā necat. et cū in terra pati inopiam metuit: eternā ſibi abundantiā ſuperne refectionis abſcidit. Nō ſic tobias faciebat: q̄ potius volebat amittere tpalia q̄ʒ opera miſericoꝛdie dimittere Tobie. j. Sancti iſta tempoꝛalia quaſi nihil reputabāt: ideo ea amittere propter deū non timebāt. Hiere. iiij. Aſpexi terrā: ⁊ ecce vacua eſt ⁊ nihil. Iob. j. Dn̄s dedit dn̄s abſtulit. Itē in dyal'. xx. Cū quidā malicioſus incēdiſſʒ oīa bona ſtephani viri dei: ⁊ quidā diceret ei hic plangens: ⁊ diceret: ve pater quid tibi cōtigit. Ille q̄ſi nihil ſe amiſiſſe reputās reſpōdens ait: Quid cōtigit mihi: plangēs eius qui fecerat peccatū: nihil reputās damnū ſuum: ſed ſe potius reputās exoneratū eſſe. Itē dicit̃ ꝙ cū q̄dā phs ī ciuitate obſeſſa amiſiſſet oīa bona ſua: adductus nudus coꝛā rege qui ciuitatē ceperat ridebat. ⁊ cū quereret̃ quare hoc: reſpōdit: eo ꝙ nihil amiſerat: quia ſenſum ſuū et bona interioꝛa ſua adhuc integre habebat. Et cū dicerēt aſſiſtētes īmo vxoꝛē ⁊ filias ⁊ diuitias: dixit: non eſt tuū quod foꝛtuna facit tuū. Iſta enī erāt foꝛtune: nō mea. Itē timoꝛ mūdan᷑ eſt qn̄ aliq̄s propter timoꝛē quē habet ne deficiant ei tpalia deū nō timet amittere: ea vel iniuſte acquirēdo vel retinendo. vt villicus iniquitatis qui timēs defectū boꝝ defraudabat dn̄m ſuū Luc. xvj. Itē ſeru᷑ inutilis: qui talentū dn̄i abſcōdit in terra Math. xxv. Itē de co᷑q mnam repoſuit in ſudario Luc. xix. Scire autē debēt mūdani: ꝙ deus eſt timētib᷑ ſe theſaurus oīuʒ bonoꝝ indeficiēs. Vn̄ Pſal. Nihil deeſt timētib᷑ deū. Iſa. xxxiij. Timoꝛ dei ipſe theſaur᷑ eius Itē ſicut paradiſus vbi eſt abundātia ſine defectu. Eccl. xl. Timoꝛ dei ſicut paradiſus dei in benedictionib᷑. inſup omnē gloꝛiā operuerunt illū. ſ. timentē deū benedictiones. vn̄ poſſumus dicere qđ dicit̃ in pſal. Inquirētes autē dn̄m nō mi. o. bo. Et Tobie. x. Oīa in te vno hābētes non debuim᷑ te dimittere ire a nobis. Aug. Felix xp̄iana religio: que oīa poſſidet in omniū poſſeſſoꝛe. Itē in vita Iohānis elemoſynarij dicit̃: ꝙ cū quidā redarguerēt eū ꝙ ita largas elemoſynas faciebat: ⁊ ꝙ nō poſſet ſufficere dicerēt: ait ꝙ totus ppl's alexādrie ſi daret ei: imo totus mūdus nō poſſet euacuare infinitos theſauros miſericoꝛdie dei. Idē q̄nto plus dabat: tanto plus abundabat. ¶ Timoꝛ human᷑ eſt qn̄ nimis timet hō pelliſue. ⁊ naſcit̃ ex nimio amoꝛe coꝛpis ꝓpꝛij ⁊ vite pn̄tis. iſte eſt culpabilis: quia plus vellet hō peccare q̄ʒ vitā ꝑdere: vel q̄ʒ grauē doloꝛē coꝛpis ſuſtinere. A tali timoꝛe nos reuocat dn̄s Math. x. dicens: Nolite timere eos qui occidūt coꝛpus: animā aūt nō pn̄t occidere. ſed poti᷑ eū timete qui pōt coꝛp᷑ ⁊ animā ꝑdere in gehēnā.

Item ꝓuer.xxix. Qui timet hominē cito corruit. Criſo. Facile de-
uiat a iuſticia: qui in cauſis plus hominē ꝙ̃ deū formidat. Ideo
dicebat Pſal. Non timebo qd faciat mihi hō. Qui hoc timore ter
rent̃ ſimiles ſunt ade Gen̄.iij. qui plus voluit facere volūtatē vxo-
ris ſue ꝙ̃ dei: timens vt dicit Augu. eā cōtriſtari. Itē petro q̄ timo
re mortis vel incōmodi tꝑalis ter negauit deū. Itē diſcipulis: qui
hic timore ihesu relicto fugerūt Math.xxvj. Mar.xiiij. Luc.xxij.
Cōtra quos Math.x. Lu.ij. Nolite timere eos qui occidūt corp⁹
¶ Et nota ſeptē rationib⁹ nō ſunt timēde pene vel mors corporis
propter deū illata. ¶ Prima ratio propter diuinā volūtatē: q̄ hoc
dicit Nolite timere ⁊c̃. vt ſupra. Et ſup Gen̄.xxij. dicit ioſephus ꝙ
yſaac audiens ꝙ deus preceperat hec patri: ⁊ ꝙ vellet eū mori: ille
qui eū patri dederat libēter voluit ligari ⁊ īmolari. ¶ Secūdo pro
pter dei fidelitatē ⁊ largitatē: a quo corpus ⁊ mēbra habem⁹: ⁊ q̄
debet ⁊ ꝓmiſit iſta cū multo premio reſtituere: ſi propter eū amiſe
rimus. Sic dicebāt illi boni ſeptē fratres: de quibus.j. Mach.vij.
Quoꝝ vn⁹ dixit: E zelo iſta poſſideo: ſed propter dei leges hec ipſa
deſpicio: quia ab ipſo me ea receptura ſpero. hec dicebat membra
exponēs martyrio. Itē quidā dicebat: Nō debeo timere aſinū mi
ſerū amittere in ſeruitio dn̄i fideliſſimi: qui pro eo amiſſo in ſerui-
tio eius reddet mihi nobiliſſimū dextrariū. ¶ Tertiō propter eiuſ
dem dn̄i ſeueritatē. quia aut tradem⁹ ei carnē puniendā propt̃ ea
que fecit tꝑaliter: aut ipſe puniet eā eternaliter. Itē quidā paterfa-
milias bene ſe torquebat: de quo in vitiſpatrū dicit̃: ꝙ cū ſeruare-
tur mortuus: circa mediā noctē reſurgens terruit oēs qui aderant
vadēs ad eccleſiā deo grās agens: res ſuas in partes tres diuidēs.
vnā vxori relinquēs: aliā filijs: tertiā pro deo diſtribuēs. Hinc fu-
git ad heremū: cellam faciēs iuxta fluuiū cōgelatū: ⁊ veſtit⁹ ſe bal
neabat. ⁊ egrediens veſtimēta ſinebat cōgelari ad carnē. poſtea in
balneū calidiſſimū intrabat. ⁊ hoc ſuſtinebat ſucceſſiue quantum
poterat vſq̄ ad mortem. ⁊ cum de his ⁊ de alijs ab aſpectantibus
argueret̃ dicebat: Si vidiſſetis que vidi: eadē vel ampliora mecum
faceretis. ⁊ referebat ꝙ in exitu ſuo a corpore vir lucidus duxit eū
cōtra ortū ſolis vſq̄ ad vallē infinite magnitudinis. cui⁹ vnū lat⁹
plenū erat flāmis feruētib⁹: aliud gelu ⁊ furēti grādine. ⁊ erāt ipſa
latera plena aīalib⁹: q̄ cū nō poſſent ſuſtinere ignis vehemētiā: trā
ſibant ad gelu: ⁊ ecōuerſo. Poſt duxit eū p tenebras denſiſſimas.
poſt diſparuit ibi: ⁊ vidit globos ignium de baratro aſcēdentiū. ⁊
inde aſcēdētes ⁊ reincidētes homines ignitos ad fauillarū modū.
et fetorē ſenſit inde exalantē intollerabilē. ⁊ fletū audiuit: etiā eiu-
latū incomparabilē: ⁊ teterrimos demones forcipes igneos ⁊ fa-
ſcinulas tenētes: ⁊ eū capere volentes ⁊ proijcere in fornacē. Tūc
is qui eū dimiſerat apparuit ei in medijs tenebris quaſi ſtella inhi
bens demonib⁹ ne eum tangerēt: quia iudex preceperat eū reduci
ad corpus: vbi ſi vellet penitētiā ageret. Quē poſtq̄ duxit ad loca
requiei reduxit eum ad corpus. ¶ Hoc etiā factū vel ſimile refert
Beda in geſtis angloꝝ.v.li.xiij.ca. Et hūc patrēfamilias vocat Dri
ctioelmē. ⁊ accidit vt ait ab incarnatione dn̄i.d.c.⁊.j.c.vj. De cui⁹
etiam viſione plura alia refert. Idem vere refert Grego. dial.iiij.li.
xxxij.ca. de quodā petro facto heremita: qui anteq̄ heremū pete-
ret: in infirmitate grauatus defunct⁹ eſt. ſed protin⁹ vite reſtitutus
inferni ſupplicia ⁊ innumera flammarū loca ſe vidiſſe teſtabat̃. ⁊
quoſdā potētes huius ſeculi ibi ſuſpenſos vidiſſe. vbi cū mergere
tur ꝓhibuit angelus corpus eius dicēs: egredere: ⁊ qualiter tibi vi
uendū ſit attende. Qui ad vitam rediens adeo carnē ſuam vigilijs
et ieiunijs affligebat: vt ſi lingua taceret que viderat ⁊ audierat et
timuerat: cōuerſatio loqueret̃. ¶ Quarto propter carnis cōtrarie
tatē: quā habet cū ſpū. Gal.v. Hec enī ſibiinuicē aduerſant̃: vt ia-
cob ⁊ eſau. Gen̄.xxv. Collidebantur in vtero eius paruuli. Hiero.
Quocūq̄ me verto meū inimicū porto. Unde quidā ſāct⁹ abbas
cū eſſet excecatus dicebat: Gratias ago deo: qui vindicauit me de
aduerſario meo: qui tot mala mihi ſolebat facere p iſtos duos ꝓ-
ditores ⁊ raptores. ſ. oculos quos deſtruxit. Tren̄.iij. Oculus me⁹
depredatus eſt animā meā. ¶ Quinto propter anime precioſitatē
⁊ corporis vilitatē.ij. Corin.iiij. Habem⁹ theſaurū iſtū in vaſis fi-
ctilibus. Multi autē ſunt vt ruſticus quidā: qui vadens ad forum
ocreas viliſſimas portabat ſuper humeros ſuos: magis volens nu
dos pedes ledere ꝙ̃ ocreas. ¶ Itē fuit quidā prepoſitus: cui vt di
cit̃ parabolice: quidā rex cōmēdauit filiā ſuā vt eam delicate nu-
triret ſub periculo vite ſue. ⁊ canē ſuū: vt eum qualitercūq̄ in vita
ſeruaret: ⁊ ligatū teneret ne in filiam inſurgeret. Qui ecōtrario ita
canē omnib⁹ delicijs impinguauit: ⁊ filiam ita fame ⁊ miſeria af-
flixit: ꝙ canis rupto vinculo puellam non valentē reſiſtere interfe-
cit. Canis iſte eſt corpus: filia aīa: rex deus: prepoſitus hō: vinculū
eſt obedientia. Bern̄. Sic ſtulti eſtimatores de minimis maximā
⁊ de maximis minimā curā gerūt. ¶ Sexto ꝓpter peccatis aduer
ſarie modicitatē ⁊ durationē: q̄ mométanea eſt virtute qui nihil
pōt niſi ꝑmiſſa. Joh.xix. Nō haberes in me ꝑtātē niſi datū fuiſſet
tibi deſup. vn̄ vt dicit Pe.alfon. Cū quidā rex cōminaret̃ cuidā
phō. Rn̄dit. O rex ꝑtātē tuā nō oportet me timere. Nō pteritā: q̄
illa iam nō eſt nec erit. nō preſentē: q̄ momētanea: ſi eſt ſtatim nō
eſt. Nō futurā: q̄ illa nōdū eſt: ⁊ dubiū eſt vtrū erit. Un̄ btūs hy-
larius pictauen̄. vt legit̃ in vita eius. reſpondendo leoni pape Arri
ano rome in ↄcilio: cōminātī ei ꝓpter hoc ꝙ ſtabat ꝓuide ſic. cum
venero ↄterā ſupbiā tuā. Rn̄dit. ⁊ ſi non veneris: qui ſecedens ad
camerā priuatā mortuus eſt. Silr̄ q̄ mali ad modicū bonos tor-
quēt: in eternū torquebunt̃ ab eis. Pſal. Exultabūt ſancti ī gloria
⁊ poſt. Gladij ancipites in manibus coꝝ ⁊c̃. Mal.vlti. Calcabitis
impios ⁊c̃. Hoc ſignatum eſt Joſue.x. vbi fecit ioſue calcare filios
iſrael pedibus capita regū inimicoꝝ. De hoc infra de pena matrici
darū: ⁊ diuerſis ↄſolationibus martyꝝ. ¶ Septimo ꝓpter premij
īmenſitatē. de quo infra loquemur.ij. Corin.iiij. Id enī qd̄ in pñti
eſt momentaneū ⁊ leue tribulationis noſtre: eterne glorie pondus
operat̃ in nobis. ⁊ Gen̄.xlix. Yſachar videns terrā ꝙ eſſet bona: ⁊
requiē ꝙ eſſet optima: ſuppoſuit humeros ad portandū. Yſachar
interpretat̃ vir mercedē vidit. q̄ qui videt premiū: portat oīa pa-
tienter. Stephanus videns celos apertos poſuit genua ad marty-
riū ſuſcipiendū Actuū.vj. Quaſi nō timēs tortores. Qui enī prepo
nūt carnē ſpiritui ſimiles ſunt illi q̄ preponūt aſinū ſuū ſibi: ⁊ plus
de eo cogitat. ⁊ ſiles ſunt illi militi qui elegit hoſpitiū vbi ꝓuide-
ret̃ equo ſuo ⁊ ipſe negligeret̃. ¶ Un̄ dicit̃ ꝙ tres milites ↄdixe-
rūt adinuicē ꝙ quererēt fortunā: que dicit̃ auenture. ⁊ cū ingrede
rent̃ ciuitatē quādā dictū eſt eis: ꝙ nō erant ibi niſi tria hoſpitia.
In vno equi bn̄ procurabant̃: ⁊ equites fame moriebant̃. In alio
erat ecōtrario. In tertio aūt eques ⁊ equus bene. ſed vix erat quin
in exitu eques bn̄ verberaret̃. Tres ergo tria hoſpitia acceperūt: et
inuenerūt vt eis dictū fuerat: tertio excepto qui nō fuerat verbera-
tus. ⁊ cū quereret cām quare nō fuerat verberatus: dictū eſt ei ꝙ
dn̄o domus bn̄ obediens in oībus fuerat. Ciuitas eſt mundus in
quo ſunt tres hoſpites: quidā ſunt qui nimiā curā gerūt de equo
ꝓcurando: neglecto milite. equus corpus: miles aīa ſiue ſpūs. De
his Job.xxiiij. Obliuiſcat̃ eius miſericordia dei. qui ſterilē. ſ. car-
nē pauit. ⁊ vidue. i. aīe nō bn̄fecit. Alij ſunt qui indiſcreto zelo cor
pus atterūt: ⁊ ſpūs ⁊ ſpūalium curā tn̄ gerūt. Tertij ſunt qui vtrūq̄
diſcrete intendūt. ⁊ p oīa deo obediūt. Hi ſine flagello cū recedunt
a mūdo ꝑtranſeūt. ¶ Cōtra illos q̄ timore mortis vel carnali pec-
cant legit̃ in vitis patrū. ꝙ cū quidā monachus penetraſſet interi
orē heremū inuenit paruū tuguriū: ⁊ intus hoīem nudū orantē: q̄
poſt plura verba dixit ei ꝙ fuerat ep̄s: ⁊ tpe ꝑſecutiōis timore mor
tis ſacrificauerat idolis. ⁊ pre dolore tormētoꝝ fugerat ad ſolitudi
nē illā in qua fuerat ſolus ꝑ octuaginta ānos: viuēs de fructu pal-
me cuiuſdā: que ferebat fructus ꝑ mēſes ſingulos: ⁊ de aqua fon-
tis ↄiūcti bibens: ⁊ cū ꝑſeueraſſet ibi tanto tpe in pn̄ia ⁊ orōne nō
recepat ↄſolationē a dn̄o ſue ſalutis: niſi āno illo vltimo: quo orā-
te facies eius fit vt ignis. aliū timentē ↄſolat̃ rogās vt eū ſepeliat
quo mortuo ⁊ ſepulto tuguriū ſtatim cecidit: fons defecit: palma
aruit. Nō ſic eleazarus. de quo.ij. Mach.vj. dicit̃ ꝙ cū magis vo
luit mori ꝙ̃ fingere ſe comedere carnes ſuillas ↄtra legem dicens
Nō enī etatē noſtrā dignū eſt fingere vt multi adoleſcētes ꝓpter
meā ſimulationē: ⁊ ꝓpter modicū corruptibilis vite tēpus decipi-
ant̃: ⁊ ꝑ hoc maculā atq̄ execrationē mee ſenectuti ↄquirā: ſed ſe
nectute dignus apparebo: ⁊ adoleſcētibus exēplū forte relinquā.
¶ Timor ſeruilis ſm̄ Aug. eſt qn̄ aliqs timore gehēne nō peccat:
nō habens reſpectū ad amorē iuſticie vel offenſam dei. Aug. Ina
niter inquā ſe putat victorē eſſe peccati: qui timore nō peccat: q̄ ſi
non impleuit foris negociū male cupiditatis: ipſa tn̄ mala cupidi-
tas intus eſt hoſtis. Idez. inimicus iuſticie eſt q̄ ſolo timore pene
nō peccat. amicus aūt eius eſt qui eius amore nō peccat. hūc timo
rē forſitan habent illi de quibus apoc̃.xviij. dicit̃. ꝙ ꝓpter timorē
tormētoꝝ plangēt penā ciuitatis babylonis: vidētes fumū incen-
dij eius. Et ſap.v. dicit̃. Uidētes turbabunt̃ timore horribili. Ta-
les ſunt mirabiliter fatui qui magis timēt penā incurrere ꝙ̃ deum
offendere: vel amittere: q̄ ex illo timore īordinato fit vt penas q̄s
timent non euadant: ⁊ peccatū nō deponant: ⁊ deū ⁊ regnū eternū
amittant: qd̄ nō facerent ſi timorē offenſe dei preponerent: ⁊ cum
amore qd̄ faciūt facerent. videt̃ ꝙ magis velint eſſe exules ꝙ̃ here
des. Serui peccati ⁊ diaboli ꝙ̃ filij dei: filij ancille ꝙ̃ libere. nō enī
eſt heres filius ancille cum filio libere. Gen̄.xxj. Gal.iiij. Talis au-

tem timor nõ liberat a pena inferni. Dicit̃ ꝙ cũ quidã ſcholaris
videret̃ pariſius mori valde penitens ⁊ cõpunctus: apparuit poſt
mortẽ magiſtro ſuo habens cappam de cedulis ↄſcriptã diuerſis
ſophiſmatibus. ⁊ cũ quereret magiſter qualiter eſſet ei. Rñdit. ꝙ
cappa iſta plus ponderaret eũ q̃ȝ aliqua turris de mũdo: ⁊ ꝙ itus
incõpabiliter vreret̃. ⁊ cuȝ alius diceret quõ hoc eſſet: cũ ita mori
cõpunctus viſus eſſet ait: ꝙ ille lachryme potius ex timore mortis
⁊ gehẽne ꝓceſſerant: q̃ȝ ex amore dei vel ex amiſſione eius. ⁊ cum
diceret magiſter ꝙ nõ videret̃ ita torqueri: extendit ille manũ ſuã
⁊ vnã guttã ſudoris ſui proiecit ſuꝑ manũ eius: que ſtatim pfora-
ta eſt: ⁊ ipſe euanuit. Tũc ipſe dicẽs. Linquo coax ranis: cras cor-
uis: vanaq; vanis. Ad logicam pergo que mortis non timet ergo.
Apud clarãuallẽ vadens ibi habitũ religionis aſſumpſit. ⁊ arta pe
nitentia ſe ibi afflixit. Non ſolum aũt ſm aliquos: ſeruilis timor
eſt dimittere peccare timore gehẽne: ſed timore alicuius tẽporalis
pene. vñ ibi ſuꝑ Pſal. Confige timore. t. car. m. glo. Aug. Uiuit in
hoĩe peccãdi volũtas ⁊ ſequeret̃ opus ſi ſperaret̃ impunitas. In
hoc erant iudei ſeruãtes legẽ timore nõ amore. Deutro. xxxiij. In
manib⁹ eius ignea lex. vñ lex data eſt cũ timore ⁊ terrore. Exo. xx.
Ut ꝓbaret vos dñs venit ⁊c̃. et vt terror eius eſſet in vobis. Silr
antyochus in flagello ſuo orabat ſceleſtus deo a quo nõ eſſet mi-
ſericordiã ↄſecuturus ⁊c̃. ij. Mach. ix. Silr pharao cuȝ releuaret̃
ab eo plaga dicebat: neſcio dñm: ⁊ iſrael nõ dimittã. Qñ autẽ fla-
gellabat̃: promittebat ſe dimittere filios iſrael Exo. x. Qui aũt ti-
more aduerſitatis a peccato abſtinent ſunt ſimiles pyrrhatis: qui
tpe tẽpeſtatis timore pterriti vouent multa: facta trãquillitate red
dere nõ curant: ſed ſtatim currũt ad ludos. Item ſiles ſunt cuidã
britoni: qui cũ duceret ad montẽ ſancti michaelis ad forum vaccã
ſuã ⁊ vitulũ vt eã venderet ibi. videns fluctus maris refluere: ⁊ ti-
mens vouit vitulũ beati michaeli ſi euaderet. Poſt recedente flu-
ctu dixit michaeli: ꝙ fatuus eſſet ſi crederet ꝙ ei ſuũ vitulũ daret.
Poſt redeũte fluctu magis de ꝓpe magis timẽs: vouit vtrũq; di-
cens. michael ſi totũ vis totũ habebis. Retrocedẽte iterũ fluctu cũ
nõ crederet de cetero fluctũ poſſe eũ attingere clamauit. michael
michael neq; vaccã neq; vitulũ de cetero habebis. Sic eſt de his
qui ſeruiliter timẽtes in periculis mortis vouẽt ꝑmo aliena reſti-
tuere: poſtea religionẽ intrare vel aliq̃d ſile. Sed cũ crederet brito
eſſe in tuto loco: venit fluctus ſubito: ⁊ eum ⁊ vaccã ⁊ vitulũ inuol
uit. Silr mors ſubito aufert talibus pecuniã: corpus ⁊ aĩaȝ q̃z dũ
dicũt pax ⁊ ſecuritas: tũc repentinus ſuꝑuenit interitus. ¶ Timor
initialis eſt quo quis timet penã ⁊ erubeſcit culpam cõmiſſã: ſed
plus dei offenſam. Prouer. j. Ecc̃i. j. Principiũ ſapiẽtie timor dñi
Prouer. viij. Timor dei odit malũ. plus amore iuſticie q̃ȝ timore
pene. Hic timor habet duos oculos. dextrũ amoris iuſticie ad de-
clinandũ mala culpe. ſiniſtrũ ad infernũ: hic figit cũ abrahã taber-
naculũ ſuũ inter bethel ⁊ hay. Geñ. xij. ⁊. xiij. Inter amorẽ paradi-
ſi ⁊ timorẽ inferni. Hic eſt yſachar habitans inter hos terminos.
Geñ. xlix. Iſte ſunt ille due ancille que introducũt heſter ad aſſue
rũ. Heſter. xv. Timor eleuat ⁊ cõprimit deffluẽtia veſtimẽta virtu-
tũ: amor enĩ eam ſuſtentat. Hi ſunt duo diſcipuli philippus ⁊ an-
dreas qui gentiliter viuẽtes introducũt ad iheſũ Ioh. xij. Hi ſunt
duo ſimul currẽtes ad monumentũ. Iohã. precurrit. Iohã. xx. He
ſunt due ale date mulieri: ꝑ quas volat in deſertũ penitẽtie ⁊ vite
eterne. Iſte tres puelle. ſ. timor: pudor: ⁊ amor: date ſunt. Thaydi
meretrici: timor pene future eã a malo retraxit: pudor culpe cõmiſ
ſe veniã ꝓmeruit ⁊ a peccato eam extraxit: amor iuſticie eã ad ſu-
pna trãſuexit ⁊ ad bonũ ꝑduxit. He ſunt tres puelle que viſe ſunt
facere in celo lectũ eius. de qua dicit̃ in vitis patrũ: ꝙ erat ſpecio-
ſiſſima meretrix in quadã ciuitate: ꝓpter quã multi ſe occidebant
multi ſe depauperabãt. ⁊ audiens abbas pafnutius mala q̃ facie-
bat. ſeculari habitu venit ad eã: ⁊ dato ei ſolido ꝓ ſcorti precio pe
tiuit locũ obſcurũ vbi nõ poſſet videri: ⁊ ſine verecũdia peccaret: ⁊
cũ duxiſſet eũ ad plura loca: ⁊ iſte ſemꝑ diceret ꝙ timebat videri:
duxit eũ ad obſcuriſſimũ locũ dicẽs: ꝙ nõ poſſet eũ ibi videre niſi
de⁹ aut diabol⁹. De quo v̄bo facto ei ſermõe: ⁊ oñſo quõ deberet
a ſpectũ dei formidare: ↄuertit eã: q̃ vocauit oẽs amatores ſuos: ⁊
fecit oĩa q̃ lucrata fuerat ab eis ꝑ penũ cõburi ĩ medio vrbis: ad va
lorẽ. cccc. librar̃ auri. dicẽs: ꝙ magis volebat hoc ibi cõburi q̃ȝ in
futuro cõbureret̃ ab eis: poſt ad deſertũ venit vbi dictus pr̃ ĩ pua
cellula eã incluſit: vbi erat ſola feneſtra parua: ꝑ quã ꝓpinabat̃ ei
parũ panis ⁊ aq̃: ſingulis dieb⁹ in q̃ vrinã iuxta ſe ⁊ alia neceſſaria
faciebat: q̃ nõ audebat nomẽ dei noĩare: vel manus vel oculos ad
celũ leuare q̃ſi polluta: ſed ↄuerſa ad orientẽ dicebat. Qui plaſma-
ſti me miſerere mei. Poſt tres aũt ãnos cõpaſſus ei dictus abbas
fuit ad beatũ antoniũ querẽs ſi adhuc poſſet eã emittere: ⁊ eſſet ei
dimiſſum peccatũ ſuũ. Qui fecit pro hoc orare. Tũc paulus maior
diſcipulus antonij in extaſi vidit lectũ ſpecioſiſſimũ in celo a trib⁹
puellis ſpecioſiſſimis ſeruatũ ⁊ paratũ. ⁊ cũ quereret ſi eſſet locus
beati antonij: reſpõſum eſt ei non: ſed thaydis. Cũq; eſſet excluſa
dixit: ꝙ in dicto triennio habuerit peccata ſua ſemꝑ ante oculos
q̃ſi quandã ſarcinã: flens ſuꝑ illa quotidie largiter. ⁊ dixerũt pr̃es
ꝙ nõ propter penitẽtiã quã ſuſtinuerat: ſed propter peccator̃ me-
moriã ⁊ confuſionẽ fuerãt ei hec dimiſſa. Trãſactis autẽ poſt hoc
quindecim dieb⁹ quieuit in pace. ¶ Timor filialis ſiue caſtus eſt
de quo dicit̃ Ro. viij. Nõ accepiſtis ſpm̃ ſeruitutis in timore: ſed
ſpiritũ adoptionis. in quo clamam⁹ abba pater: iſte timor eſt per-
fectorũ. Notandũ ꝙ iſte timor eſt in quinq;. Timẽt enĩ pfecti ne
ſponſus venire nimis differat ad eor̃ cõſolationẽ. Itẽ vel cũ vene
rit ne cito diſcedat vel nunq̃ȝ. Treñ. j. Idcirco ego plorans: ⁊ ocul⁹
meus deducẽs lachrymas: quia lõge factus eſt a me cõſolator. Et
ſilr in eodẽ ca. ſupra. Depoſita eſt vehemẽter nõ habẽs cõſolatorẽ
Iſa. lxiiij. Utinã diſrũperes celos ⁊ deſcẽderes: a facie tua mõtes
effluerent. ſ. ſpeciali dulcedine. Gilbert⁹: Timore ſeruili ⁊ filiali ti
metur ſponſus. Seruili ne veniat iudicaturus. Filiali ne tardet:
et cũ venerit ne diſcedat. Itẽ timet hõ perfectus celeſtis patrie ira
cundiã: licȝ penã ſenſus vel damni ſibi infligendã nõ metuat. Uñ
Luc̃. xxj. Uirtutes celor̃ id eſt angeli mouebunt̃: licȝ non timeant
ſibi. Idẽ: Timeat bonus filius ne in aliquo patri celeſti diſpliceat
Iob. ix. Uerebar oĩa opera mea. Uñ legit̃ in hyſtoria tripartita
li. vj. Mos ſolebat eſſe romanor̃: ꝙ in magnis feſtiuitatib⁹ impa
tores facerẽt ante ſe poni pro honore imperiali arulam: ⁊ thus ap
poni. ⁊ dabant̃ apponentib⁹ munera. Julian⁹ apoſtata imperator
volẽs quoſdã chriſtianos fieri idolatras: occultatis idol' ibi iuſſit
chriſtianis thus igni apponere. Illi aũt nõ aduertẽtes idola thus
appoſuerũt igni pro amore imperiali: ⁊ aurũ datũ receperũt. Cum
autẽ in cõuiuijs chriſtũ benedicerẽt ⁊ inuocarẽt: riſerũt idolatre
Quõ eũ modo inuocaſtis: quẽ pauloante negaſtis. Tũc idolũ ad-
uertẽtes aurũ reiecerũt imperatori. ⁊ clamauerũt dexteras ſibi de-
bere amputari: quib⁹ thus in igne poſuerãt ⁊ aurũ receperant: licȝ
neſcirẽt idola: nec ĩ honore eor̃ hoc feciſſent ſed ignorãter: cũ eẽnt
veri chriſtiani. Hi tanq̃ȝ boni filij plus volebãt (vt ibi legit̃) decapi
tari q̃ȝ in modico patrẽ offendere: vel ei diſplicere. Sic machabei
magis volebãt inter feras habitare: ⁊ fenũ comedere q̃ȝ habitare
cũ ſacrilegis: ⁊ in aliquo ab eis inquinari. ij. Macha. v. Silr autẽ
iohãnes baptiſta fugit ad deſerta puer cũ feris: ne leui ſaltẽ macu-
lare vitã famine poſſet. Luc̃. j. Itẽ hunc timorẽ habet: qui pro ali-
quo incõmodo quod ſibi timet ĩminere nõ dimittit quin dei volũ
tatẽ faciat: vt thobias. id eſt qui nec timore mortis: aut rerum pri-
uatione dimittebat mortuos ſepelire. Item hunc forſitan habet ti
morẽ: qui poſtpoſito timore zelo ſuccenſus offenſam dei nõ ſuſti-
net videre impunitã: vt mathathias. j. Mach. ij. Qui occidit idola
trã in periculo corporis ⁊ rerũ. ¶ Septim⁹ eſt timor reuerẽtie. Tũ
quidã dicũt ꝙ iſte eſt filialis: ⁊ ꝙ huiuſmodi vſus habet̃ ĩ patria
Pſal. Timor dñi. ſ. per. in. ſ. ſ. Et notandũ ꝙ iſte timor eſt qñ infe-
rior creatura reſpicit dei magnitudinẽ vel ſuperioris. ⁊ in ſuã reſi-
liens paruitatẽ pertimeſcit ⁊ obſtupeſcit. Sic Ioh. Apo. j. Uidẽs
filiũ hoĩs cecidit. Sic diſcipuli tres in monte thabor Math. xvij
Et abraam Geñ. xviij. loquar ait ad dñm meũ cum ſim puluis ⁊ ci
nis. Silr cũ tres videns ꝓcidẽs vnũ adorauit. Silr angelica natu-
ra in celo videns ſummã maieſtatẽ tremit ⁊ admirat̃ ⁊ ſtupet de
ſua paruitate ad ſummã magnitudinẽ: que in infinitũ maior eſt.
Silr ⁊ aĩa ibi vel in contẽplatione hic. Hoc ſignatũ eſt in ſtupore
regine ſaba: ⁊ admiratione ſalomonis. iij. Regũ. x. Itẽ in caſu He
ſter. xv. Uere admirabil' es dñe. Silr iohãnes baptiſta cõtremuit
baptiſans dñm: ſicut cantat̃ de ipſo. Hũc timorem bene habebat
ille pater beatiſſim⁹ ſyſoi: de quo dicit̃ in vitiſpatrũ: ꝙ cũ inſtaret
migratio beatiſſimi ſyſoi ↄuenerũt multi patres. ⁊ ſubito facta eſt
facies ei⁹ q̃ſi quodã fulgore radians: ⁊ dixit: Cõſolamini frẽs ecce
abraam venit ad vos. ⁊ poſt: Ecce chorus prophetarũ. ⁊ poſt: Ecce
ſci apl̃i. ⁊ poſt: Ecce ſci angeli. Et cũ videret̃ loq̃: ⁊ quererent q̃d lo
queret̃: reſpõdit: Uenerũt ſci angeli tollere animã meã a corpore
ſupplico eis: vt paululũ propter penitentiã agendã ſuſtineant. Et
cũ dicerẽt Abba tu non indiges penitẽtia: ait: In veritate dico vo-
bis: ꝙ necdum principiũ penitẽtie feciſſe me memini. Et cognoue-
runt ꝙ perfectus eſſet in timore dñi: bene in ſuam reſiliẽs paruita
tem. quo migrante totus loc⁹ odore mirabili eſt repletus. Ad hũc
timorẽ inducit conſideratio ſingulorũ mirabiliũ dñi ⁊ miraculor̃
Sic timebãt filij iſrael Exo. xix. ⁊. xx. Uidẽtes mirabilia ⁊ audien

tes que faciebat ſup montẽ ſynai. Pſal. Turbabunt a fig. t. q̃ ha. t. Ioñ. j. Uidentes viri q mare quieuiſſet a feruore ſuo timuerũt valde dñm. Luce. vij. Reſuſcitato mortuo accepit oẽs timor: ⁊ magnificabant deũ. Matth. ix. Uidentes turbe paraliticũ ambulantem timuerũt ⁊ glorificauerũt deũ ⁊c. Marci. iiij. Uidentes diſcipuli q impaſſet vẽtis ⁊ mari: facta trãqllitate timuerũt valde ⁊c.

De obiecto timoris. DIS. XXVII.

DEinde ↄſiderandum eſt de obiecto timoris. Et circa hoc ↄſideranda ſunt octo. Primo videndũ eſt vtrũ obiectũ timoris ſit bonũ vel malum. Scd̃o vtrum maluꝫ nature ſit obiectũ timoris. Tertio vtrum timor ſit de malo culpe. Quarto vtrum ipſe timor timeri poſſit. Quinto vtruꝫ inſolita vel repentina magis timeant. Sexto vtrum illa contra que non eſt remediũ magis timeant. Septimo de deo timendo. Octauo de timẽdis periculis huius mũdi. ¶ Ad primũ. ſ. vtrum obiectũ timoris ſit malum vel bonũ. dicendũ q timor eſt motus quidã appetitiue virtutis. ad virtutẽ autem appetitiuam pertinet proſecutio ⁊ fuga. vt dicit in. vj. Ethi. Eſt aũt proſecutio boni: fuga auteꝫ mali. vnde quicũq; motus appetitiue virtutis importat proſecutionẽ habet aliquod bonũ pro obiecto. quicũq; autem importat fugam habet malum pro obiecto. Unde cuꝫ timor importat fugam quandã. primo ⁊ per ſe reſpicit malum ſicut propriũ obiectum. Poteſt autem etiam reſpicere bonũ ſm q habet habitudinẽ ad malum. quod quidaꝫ poteſt eſſe dupliciter. Uno quidẽ modo inquantũ per malum priuatur bonum: ex hoc autẽ ipſo eſt aliquid malum qđ eſt priuatiuũ boni. vnde cum fugiatur malum quia malum eſt. ſequit vt fugiatur quia priuat bonum: qđ quis amando ꝓſequit. Et ſm hoc dicit Aug. q nulla eſt cauſa timendi niſi amittat bonũ amatũ. Alio modo bonũ comparatur ad malum vt cauſa ipſius. inquãtũ. ſ. aliquod bonũ ſua virtute poteſt inducere aliquod nocumentũ in bono amato. Et ideo ſicut ſpes vt ſupra dictum eſt ad duo reſpicit. ſ. ad bonũ in quod intendit: ⁊ ad illud per quod ſperat ſe bonũ concupitũ adipiſci: ita etiam timor ad duo reſpicit. ſ. ad malũ qđ refugit: ⁊ ad illud bonũ qđ ſua virtute poteſt infligere malum. Et per hunc modum deus timetur ab hoĩe inquantũ poteſt affligere penaꝫ vel ſpiritualẽ vel corporalẽ. per hunc etiam moduꝫ timetur poteſtas alicuius hoĩs maxime qñ eſt leſa: vel qñ eſt iniuſta: quia ſic in promptu habet nocumentũ inferre: ita etiam timetur ſuper alium eſſe: id eſt inniti alij. vt. ſ. in eius poteſtate ſit conſtitutũ nobis nocumentũ inferre: ſicut ille qui eſt conſcius criminis timetur ne crimẽ reuelet. ¶ Ad ſecundũ. ſ. vtrum malum nature ſit obiectum timoris. dicendũ q ſicut philoſophus dicit in ſecũdo rethorice: timor prouenit ex fantaſia futuri mali corruptiui vel contriſtatiui. Sicut autẽ contriſtatiuũ malum eſt qđ ↄtrariat voluntati: ita corruptiuũ malũ eſt qđ ↄtrariat nature: ⁊ hoc eſt malum nature. vnde de malo nature poteſt eſſe timor. Sed ↄſiderandũ eſt q malũ nature qñq; eſt a cauſa naturali: ⁊ tunc dicit malũ nature: non ſolum quia priuatur nature bonũ: ſed etiam quia eſt effectus nature: ſicut mors naturalis ⁊ alij huiuſmodi defectus. Aliquãdo võ malum nature prouenit ex cauſa non naturali: ſicut mors que violenter infert a ꝑſecutore ⁊ vtroq; modo malũ nature quodãmodo timet ⁊ quodãmõ non timetur. Cum enĩ timor ꝓueniat ex fantaſia futuri mali. vt philoſophus dicit. illud qđ remouet futuri mali fantaſiam excludit ⁊ timorẽ. Qꝫ aũt non apparet aliqđ malũ vt futurũ: poteſt ex duobus ↄtingere. Uno quidẽ modo ex hoc q eſt remotum ⁊ diſtans. hoc enim ꝓpter diſtantiã imaginamur vt non futurũ: ⁊ ideo vel nõ timemus: vel parum timemus. vt enĩ philoſophus dicit in ſecundo rethoꝛ. que valde longe ſunt non timent. ſciunt enĩ oẽs q morient ſed qꝛ non prope nihil curant. Alio modo eſtimat aliqđ malũ qđ eſt futurũ vt nõ futurũ ꝓpter neceſſitatẽ que facit ipſum eſtimare vt preſens. vnde philoſophus dicit in. ij. rethoꝛ. q illi qui iam decapitant non timent videntes ſibi neceſſitatẽ mortis ĩminere. ſed ad hoc q aliquis timeat oportet adeſſe aliquã ſpem ſalutis. Sic igit malũ nature nõ timet: qꝛ non apprehendit vt futurũ. ſi võ maluꝫ nature qđ eſt corruptiuũ apprehendat vt ꝓpinquũ. ⁊ tñ cum aliq̃ ſpe euaſionis tunc timebit. ¶ Ad tertiũ. ſ. vtruꝫ timor ſit de malo culpe. dicendũ q ſicut ſupra dictũ eſt: ſicut obiectũ ſpei eſt bonuꝫ futurũ arduũ. ⁊ qđ quidẽ poteſt adipiſci: ita timorẽ de malo futuro arduo qđ nõ põt de facili vitari. Ex quo põt accipi q illud qđ oĩno ſubiacet poteſtati ⁊ volũtati noſtre nõ habet rõnẽ terribilis: ſed id ſolum eſt terribile qđ habet cauſam extrinſecã. malũ auteꝫ culpe ꝓpriam cauſam habet. ſ. voluntatẽ humanã: ⁊ ideo proprie non habet rationẽ terribilis. Sed qꝛ voluntas humana ab aliquo exteriori poteſt inclinari ad peccandum: ſi illud inclinãs habebat magnã vim inclinãdi. ſm h̃ poteſt eſſe timor de malo culpe inquãtũ eſt de exteriori cauſa. puta cũ aliquis timet cõmorari in ſocietate malorũ ne ab eis ad peccandũ inducat. Sed proprie loquendo in tali diſpoſitione magis timet hõ ſeductionẽ q̃ꝫ culpam ſm propriã rationẽ. i. inquantũ eſt voluntaria. ſic enĩ nõ habet vt timeat. ¶ Ad quartũ. ſ. vtrũ ipſe timor timeri poſſit. Dicendũ q ſicut iam dictũ eſt: illud ſolũ habet rationẽ terribilis quod ex cauſa extrinſeca ꝓuenit: non autẽ quod ꝓuenit ex volũtate noſtra. Timor autẽ partim ꝓuenit ex cauſa extrinſeca: ⁊ parti ſubiacet volũtati. Prouenit quidẽ ex cauſa extrinſeca inquantũ eſt paſſio quedã conſequens fantaſiam ĩminẽtis mali. ⁊ ſm hoc poteſt aliquis timere timorẽ: ne. ſ. ĩmineat ei neceſſitas timẽdi propter ingruentiã alicuiꝰ excellentis mali. Subiacet autẽ volũtati inquantũ appetitus inferior obedit rationi. vnde hõ poteſt timorẽ repellere. ⁊ ſm h̃ timor timeri non poteſt. ¶ Ad quintũ. ſ. vtrũ inſolita ⁊ repẽtina magis timeant. Dicẽdũ q ſicut ſupra dictũ eſt: obiectũ timoris eſt maluꝫ ĩminẽs: quod nõ de facili repelli poteſt. Hoc autẽ ex duobꝰ cõtingit. ſ. ex magnitudine mali: ⁊ ex debilitate timẽtis. ad vtrũq; autẽ horꝫ operat q aliquid ſit inſolitũ ⁊ repentinũ. Primo quidẽ facit ad hoc q malũ ĩminẽs magis appareat. Oĩa enĩ corporalia bona et mala quãto magis ↄſiderant tãto minora apparẽt. ⁊ ideo ſicut ꝑ diuturnitatẽ dolor preſentis mali mitigat: vt patet per tulliũ in tertio de tuſcul. queſti. Ita etiã ex premeditatione minuit timor futuri mali. Secundo aliquid eſſe inſolitũ ⁊ repentinũ facit ad debilitatẽ timẽtis inquãtũ ſubtrahit remedia: que homo poteſt preparare ad repellẽdũ futurũ malũ: que eſſe nõ poſſunt qñ ex improuiſo malũ occurrit. ¶ Ad ſextũ. ſ. vtrũ illa que nõ habent remediũ magis timeant. Dicendũ q obiectũ timoris eſt malũ. vñ illud qđ facit ad augmentũ mali: facit ad augmentũ timoris. Malũ aũt augetur nõ ſolũ ſm ſpeciẽ illius mali: ſed etiã ſm circũſtantias: vt ex predictis apparet. Inter ceteras aũt circũſtantias diuturnitas vel etiam perpetuitas magis vident facere augmentũ mali. Ea enĩ q̃ ſunt in tpe ſm durationẽ tp̃is quodãmodo menſurant. vñ ſi pati aliquid in tanto tpe eſt malũ: pati idem in duplo tpe apprehẽdit vt duplatũ. ⁊ ſm hanc rationẽ pati idem in infinito tpe: quod eſt perpetuo pati: habet quodãmodo infinitũ augmentũ. Mala aũt que poſtq̃ꝫ deuenerint nõ poſſunt habere remediũ: vel nõ de facili accipiunt vt perpetua vel diuturna. ⁊ ideo maxime reddunt timẽda. ¶ Circa ſeptimũ de deo timendo ſciendũ: q deũ eſſe timendũ oſtendũt. Primo que intra nos ſunt. Secũdo que extra nos. Tertio que infra nos. Quarto que ſupra nos. ¶ Intra nos ſunt duo q̃ deũ oſtendũt eſſe timendũ. Primũ eſt lex nature: quam intra nos gerimꝰ. Ratio nãq; natural dictat ſũme magnũ ſũme eſſe timẽdũ Si ratio naturalis dictat patrẽ dñm ⁊ regẽ tp̃alẽ ⁊ carnalẽ eſſe timendũ: ſicut videmꝰ ad ſenſum. quãto magis timẽdus eſt ſũmus ille pater: de quo dicit Ephe. ij. A quo oĩs paternitas in celo et in terra eſt. Et Deu. xxxij. Nũquid ipſe eſt pr̃ tuus: qui poſſedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Ideo dicit Leui. xix. Patrẽ tuũ timebis. Si dñm tẽporalẽ: q̃nto magis dñm dñoꝝ: Uñ Deutro. x. Quid dñs deus tuus petit a te: niſi q timeas eũ ⁊c. Et ſubiũgit rationẽ dicẽs: Ipſe eſt deus deorũ ⁊ dñs dñantiũ: deꝰ magnꝰ potẽs ⁊ terribilis. Itẽ ſi regẽ mortalẽ timemꝰ: q̃nto magis timẽdꝰ ẽ rex regũ. ſ. rector piorũ regũ: ⁊ vltor impioꝝ. Ideo Hiere. x. Quis nõ timebit te o rex gentiũ. ¶ Secũdo intra nos oſtendũt deũ eſſe timendũ peccata q̃ facimus. Hier. ij. Arguet te malicia tua ⁊c. Sequit: Scito ⁊ vide quia malũ ⁊ amarũ eſt te reliquiſſe dñm deũ tuũ: ⁊ nõ eẽ timorem eius apud te. Sap. iiij. Ueniẽt in cognitione pctõꝝ ſuoꝝ timidi. ¶ Itẽ extra nos oſtendũt deũ eſſe timẽdũ creature generaliter: ⁊ ſcripture multipliciter. Omnes inquã creature ſuadent nobis deũ eſſe timendũ: quia nos inuitant ad amandũ deũ: qui creauit hec oĩa ad obſequiũ noſtrũ. ſicut dicit Augu. reſpexiſſe celũ ⁊ terrã ⁊ oĩa que in eis ſunt: ⁊ omnia mihi clamant vt diligã te dñe. Cũ igit omnis amans timeat: inuitãt nos oĩa ad timendũ deũ. Unde Apoc. xiiij. Angelus habens euangeliũ eternũ clamabat omnibꝰ gentibus: timete dñm ⁊ adorate eũ qui fecit celũ ⁊ terrã mare ⁊ omnia que in eis ſunt. Similiter. xv. Sancti qui vicerũt beſtiam cantabant: magna ⁊ mirabilia ſunt opa tua dñe: quis nõ timebit te: Itẽ creature inuitãt ad timendũ deũ: quia oĩa elemẽta ⁊ ea q̃ in eis ſunt: punita ſunt in pctõ primi hoĩs. Uñ Geñ. iij. Maledicta terra in opere tuo: ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Quod videt innuere Apl̃s Ro. viij. Oĩs creatura ingemiſcit ⁊ parturit vſq; adhuc que liberabit a ſeruitute corruptionis in libertatẽ glĩe filioꝝ dei. Si ſic punitur creatura que nõ peccauit: quantũ debet timere ille q̃ hãc penã

inflixit illi creatori.ille qui contra illũ iudicē peccauit: qui vt dicitᷓ
Sap.v.armabit creaturā in vltionē inimicoꝝ. Qui vt dicitᷓ eiuſdē
ix.fecit hominē vt dn̄aretᷓ vniuerſe creature: ⁊ diſponeret orbē ter
rarū in equitate. ¶ Secūdo extra nos oſtendūt ſcripture multipli
citer ꝙ deū timēre debeamꝰ.videlicet ſuadendo: ꝓmittēdo:cōmi/
nādo: ⁊ flagella ſeu punitiones peccantiū recitādo. ¶ Primo q̄dē
oſtendūt ſcripture deū eſſe timēdū ſuadendo ſeu p̄cipiendo. Le
uiti.xix. Timebis dn̄m deū tuū:quia ego ſum dn̄s tuus. Ibidem
Time dn̄m deū tuū. Deutro.xvj. Dn̄m deū tuū timebis: ⁊ illi ſoli
ſerues. Vel.x. Quid petit dn̄s a te:niſi vt timeas eum ⁊c̄. Eccs.xij
Deū time ⁊ mandata eius obſerua. Hec eſt oīs hō. Pſal. Timete
dn̄m oēs ſc̄i eiꝰ ⁊c̄. Eccs.vij. In tota aīa tua time deū.j. Pe.ij. Deū
timete ⁊c̄. ¶ Secundo ſuadent nobis ſcripture timere deū multa
bona timētibꝰ ꝓmittēdo. Deutro.v. Quis mihi det ait dn̄s eos ha
bere talē mentē vt timeant me: ⁊ bene ſit eis in ſempiternū. Tobie
iiij. Habebimꝰ multa bona ſi timuerimꝰ deū. Eccl.j. Multa ꝓmit/
tunt timēti deū. Eiuſdē.xxxiij. Timēti deo nō occurrēt mala:ſed
in tētatione deus illū liberabit. Pſal. Timete dn̄m oēs ſancti eiꝰ:
qm̄ nō eſt inopia timētibꝰ eū.vñ dicitᷓ eē theſaurꝰ bonoꝝ ſpūaliū.
Iſa.xxxiij. Timor dn̄i ipſe theſaurꝰ eiꝰ.ſ.bona ſpūalia in tuto loco
ꝯſeruās. Prouer.xxij. Timor dn̄i diuitie ⁊ glīa. Et nō ſolū in p̄n̄ti
ꝓmittuntᷓ bona:ſed etiā in futuro ꝓmittuntᷓ eterna. Pſal. Dedi/
ſti hereditatē timētibꝰ nomē tuū. Et Eccl.j. Timor dn̄i glīa ⁊ glo/
riatio ⁊ leticia ⁊ corona exultationis. Bern̄. Scribit dn̄s propoſi/
tū pacis ſup metuētes eū:diſſimulans mala:remunerans bona:vt
miro modo ⁊ bona ⁊ mala coopantᷓ eis in bonū. ¶ Tertio ſuadet
nobis ſcriptura timere deū cōminādo mala nō timētibꝰ eū. Deu.v
Dn̄m deū timebis.⁊ ſequitᷓ poſt: Neq̄n iraſcatᷓ furor eiꝰ cōtra te:
⁊ auferat te de ſupficie terre Prouer.j. Increpationes meas negle
xiſtis. Ego quoq̄ȝ in interitu veſtro ridebo ⁊c̄. Et poſt. Tūc inuo/
cabūt ⁊ nō exaudiā:mane cōſurgēt ad me ⁊ nō inuenient me ⁊c̄. Et
poſt ſubiungitᷓ cauſa: Et timorē dn̄i nō ſuſceperūt. Hiere.ij. Scito
malū ⁊ amarū eſſe te reliquiſſe dn̄m: ⁊ non eſſe timorē eiꝰ apud te.
Quarto ſuadet ſcriptura timere deū flagella dei ſup nō timētes
eū recitādo. Ut enī nobis timorē incutiat:recitat quō deus peccā
tes angelos p̄cipitās condēnauit.vñ.ij. Pe.ij. Si enī angelᷓ pec/
cantibꝰ nō pepercit:primos parētes exheredauit:humanū genꝰ in
diluuio fere deleuit:ſodomitas ſubuertit ⁊ ſuccēdit: iſraelitas pec
cantes multis flagellis attriuit: ⁊ ſic de alijs.nec ſolū timenduȝ eſt
qꝛ in p̄n̄ti flagellat multipliciter pctōres: ſȝ etiā magis quia flagel/
lis multis bonos exponit in p̄ſenti. ⁊ maxime p hoc ꝙ filiū ſuuȝ
vnigenitū tot ⁊ tātis flagellis expoſuit. Iuxta quod ipſe dixit Lu
ce.xxiij. Si in viridi ligno hoc faciūt:in arido q̄d fiet: ¶ Itē oſten
dunt nobis deum eſſe timendū que infra nos ſunt.ſ.purgatoriū ⁊
infernꝰ. De quibus require multa inferiꝰ in locis ſuis. ¶ Itē deū
oſtendunt eſſe timendū que ſupra nos ſunt.i.multe conſideratio/
nes attributoꝝ dei: que ſūme ſunt in deo: ⁊ deū probant eſſe ſūme
timēdū: ⁊ eius offenſam eſſe ſūme cauēdā: q̄ ſunt eius ſūma eſſen
tia:potentia:ſapiētia:iuſticia:puritas ſeu bonitas: ꝓuidētia ⁊ mu
nificentia. Primū quidē ſumma eius eſſentia:quia ipſe eſt cauſa
prima ſiue cauſa cauſarū omniū:dans omnibꝰ eſſe per quod ſunt.
Sic nominat ſe moyſi Exo.iij.cū quereret moyſes:quod eſt nomē
tuū:reſpōdit dn̄s: Ego ſum qui ſum. Cuius eſſentia nō habet cau
ſam aliam:ſed alia ab eo ſunt. Unde Ariſto. ⁊ alij ph̄i vocant deū
cauſam primā: que imota mouet alias vt ſint ⁊ efficiant ad quod
ſunt. Bern̄. de cōſideratione li.v. Quid eſt deus qui eſt. Merito
quidē nihil cōpetentius certificat quid deus eſt.ſi enī bonū:ſi ma/
gnū:ſi beatū:ſi ſapientē dixeris:vel aliud aliquid in hoc verbo in/
ſtauratᷓ quod eſt. Ideo ſūme timēdus eſt:a quo ſumus qō ſumꝰ.
ne ſi eū peccādo offendimꝰ ſe ſubtrahat a nobis: ⁊ nihil ſimus qō
ſunt hoīes cū peccāt:vt dicit gloſa ſup Ioh.j. Sine ipſo factū eſt
nihil. Peccatū nihil eſt:p qō nihil ſiūt hoīes cū peccāt. Uñ de illo
lucifero tali ⁊ tanto:de quo in Ezech.xxviij.dicitᷓ: Tu ſignaculuȝ
ſimilitudinis dei ⁊c̄. Poſt multas glorioſas laudes eius ſubditur
Inuēta eſt iniquitas in te:peccaſti ⁊ eieci te de mōte ſancto dei: ⁊
in fine nihil factus es: ⁊ nō eris imperpetuū. In paſſione gordiani
et epimachi cū dixiſſet gordianꝰ Ego adoro chriſtū q̄ fecit oīa: nō
idola. Clemētius preſes ait: Si fecit oīa: q̄re ab impatore iuliano
ꝓiectus eſt: Reſpōdit gordianꝰ: Magis ab eo iulianꝰ ꝓiectus eſt
quia deū non timet: ideo a deo ꝓiectus eſt. Saul a deo proiectus
demonibus expoſitus eſt ⁊ in nihilū redactus: ſimiliter ⁊ impera/
tor apoſtata iulianus. ¶ Secūdo ſūme timēdus eſt deus propter
immenſitatē potentie. Iob.xlij. Scio ꝙ omnia potes. Math.x.et
Luc.xv. Eum timete qui poſtq̄ȝ occiderit habet poteſtatē corpus
⁊ animaȝ mittere in gehēnā. Alij potentes qui poſſunt in corpus
nō tñ in anima:nec ſemp ⁊ vbiq̄ȝ:hic aūt in oībus ſemp ⁊ vbiq̄ȝ: ⁊
quō ⁊ qn̄ ⁊ quantū vult ⁊ ſtatim cuȝ vult. Bern̄. ſup can. Qui oīa
ſolo verbo creauit corpora ⁊ ſpūs cui de ſola volūtate celeris ſup/
petit efficientia tam in creandis rebus q̄ȝ in ordinandis prout vo/
luerit:valet cum vult:quantū vult:quō vult. Idem ſup can.ſermo
ne.lj. Huius oīpotentis arbitrio preſto eſt incunctanter qō volue/
rit:oē opus altum inclinat: oē aduerſum cedit: docet ſine lingua:
prebet ⁊ tenet ſine manibus:ſine pedibus currit ⁊ ſuccurrit pereū/
tibus ſolo ſpūali nutu cum vult:ad quecūq̄ȝ vult agenda cū tēpus
eſt. Idē in expoſitione ſup miſſus eſt. ſoli deo idē eſt facere qō lo/
qui.idem loqui qō velle:ſiquidē apud deū nec verbuȝ diſſidet ab
intentione:qꝛ veritas eſt:nec factū a verbo:qꝛ virtus eſt:nec modꝰ
a facto:qꝛ ſalus eſt. De huiuſmodi oīpotentia dicebat Clodoueus
rex francoꝝ cū audiret tonitrua ⁊ tremeret. Iſte eſt recte dicendus
rex potentiſſimus qui ſolo nutu ſuo alios reges facit tremere ⁊ ti/
mere. ¶ Tertio ſūme timendus eſt ꝓpter claritatē ſapie: qꝛ ſicut
poteſt oīa ita ſcit oīa. Iob.xlij. Oīa potes: ⁊ nulla te latet cogitatio
vñ dicit Ioh. Damaſc. Deus grece theos dicitᷓ:a theaſte qō eſt cō
ſiderare ſiue videre:qꝛ ꝯſiderat ⁊ videt oīa facta vel cogitata a no/
bis.vñ totꝰ videt ⁊ totū videt.vñ Bern̄.dicit eū totū oculū: ⁊ totuȝ
lucem.in lib.v.de ꝯſolatiōe. Solus deus ſolā neſcit ignorantiā:to
tus lux totus oculus qui minime fallitᷓ:qꝛ minime clauditᷓ: qꝛ ex/
tra ſe nō querit lumen vt videat:ipſe eſt qui videt: ipſe eſt vnde vi
det. Iō Eccl.xxiij.arguit adulterū dicentē. Quis me videt tenebre
circūdant me: parietes cooperiūt me: delictoꝝ meoꝝ nō memora/
bitᷓ altiſſimus: ⁊ nō intelligit ꝙ oīa videt oculus illius:iſte expellit
a ſe timorē dei: ⁊ poſt nō cognouit:qm̄ oculi dn̄i multoplus lucidi
ores ſole:circūſpicientes oēs vias hominū: ⁊ ꝓfundū abyſſi ⁊ ho/
minū corda.ad hoc facit exemplū ſupra poſitū de thayde.vñ bene
dicit Boetius. Magna,vobis indita eſt neceſſitas bonitatis duȝ
cuncta agitis ante oculos iudicis cūcta cernētis. Et quidam verſifi/
cator. Cum quid turpe facis qō me ſpectante ruberes:cur ſpectan
te deo nō magis ipſe rubes. ¶ Quarto:timēdus eſt deus ꝓpter ſe
ueritatē iuſticie:que ſicut dicit Aug. Nō ſinit dedecus culpe ſine
decore vindicte. de quo Apoc̄.xix. Qui veniebat ad iudiciū voca/
batᷓ fidelis ⁊ verax: ⁊ in iuſticia iudicat ⁊ pugnat. cui in p̄ncipio ca
pituli clamāt voces celeſtes:iuſta ⁊ vera iudicia eiꝰ: qui iudicauit
de meretrice ⁊c̄.quia nec dono nec precio nec amore vel fauore:vl̄
odio flectitᷓ ab equitate:nec timore. Pro.vi. Zelus ⁊ furor viri nō
parcet ī die vindicte:nec acquieſcet cuiuſquā precibꝰ: nec accipiet
ꝓ redēptione dona plurima. Bern̄.in ſermone de ephia. In exilio
manſuetus ⁊ amabilis:in iudicio iuſtus ⁊ terribilis: in regno glo/
rioſus ⁊ admirabilis.H rector ē momētū. In iudicio diſcretor me
ritoꝝ:in regno diſtributor premioꝝ. Hic aūt timendus eſt nō ſolū
qꝛ iuſte iudicat:ſed etiā qꝛ dure vindicat torquēs eternaliter in in
ferno.vñ ſequitᷓ apoc̄.xix. Ipſe calcat torcular ire dei. Eiuſdē.xiiij
dicitᷓ. O: filius hoīs ſedēs ſup nubē candidā miſit falcē ſuā acutā
⁊ vindemiauit botros vinee terre: ⁊ miſit eos in lacum ire dei ma/
gnū ⁊ calcatꝰ lacus. Iſte lacus infernꝰ eſt: vbi mali p̄ciſi dei ſnīa
irreuocabili ⁊ inflexibili a ꝯſortio beatoꝝ ꝓiicientᷓ et ꝯculcabuntᷓ
a demonibus ⁊ ſupplicijs de diuerſis appmentᷓ ⁊ atterentᷓ vt aci
nū in torculari:in quoꝝ ſupplicio deus terribilis ⁊ horribilis ap/
parebit. Pſal. Tu terribilis es ⁊ quis reſiſtit tibi. Aug. Deus eſt in
ſeipſo alpha ⁊ o id eſt principiū ⁊ finis:in mundo creator ⁊ rector:
in angelo decor ⁊ ſapor:in electo liberator ⁊ adiutor:ī reprobo ter/
ror ⁊ horror. ¶ Quinto ſūme timēdus eſt deus ꝓpter ſūmā puri/
tatē bonitatis. Sūma eſt eius puritas mūdicia ⁊ bonitas. Ad cuiꝰ
cōparationē bona noſtra ſordida apparēt. Iſa.lxiiij. Facti ſumus vt
īmūdi oēs: ⁊ q̄ſi pānus mēſtruate vniuerſe iuſticie nr̄e. Iob.xxv.
Nunq̄d iuſtificari pōt hō cōparatus deo aut apparere mūdus na
tus de muliere.ecce luna nō ſplēdet: ⁊ aſtra nō ſunt mūda in ꝯſpe
ctu eius:quātomagis hō putredo ⁊c̄. vel qꝛ ſūme bonꝰ odit īpios
⁊ impietatē. Sap.xiiij. Odio ſunt deo īpius ⁊ īpietas eius. Iō ſm
Ioh. Damaſ.tertio theos grece dicitᷓ ab ethin qō eſt ardēs.i.ꝯſu/
mens mala.ſ. Deutro.iiij. Dn̄s deus tuus ignis ꝯſumēs eſt: deus
emulator. Sexto propter ſūmā ꝓuidentie bonitatē:q̄ eſt cauſa
cauſaꝝ omniū: ⁊ omniū eoꝝ effectuū. ab ipſa enī res oēs ꝓuidentᷓ
ab eterno: ⁊ in tpe creantᷓ:ordinantᷓ ⁊ diſponuntᷓ: ⁊ ornantᷓ res in/
feriores:ad eius nutū generantᷓ:fouentᷓ:nutriuntᷓ: augmentantᷓ et
multiplicantᷓ: ⁊ diſponuntᷓ: ⁊ adminiſtrantᷓ. Ipſa eſt cauſa omniū
corporaliū ⁊ ſpiritualiū motuū:actuū:effectuū meritoꝝ: ⁊ premio/
rū. Ipſa adminiſtrat nobis bona tp̄alia:naturalia:gratuita ⁊ eter/
na. Ipſa creat/⁊ ornat: ⁊ gubernat: ⁊ cōſeruat ſubuenit:liberat:iu/

ſtificat:magnificat:⁊ ſaluet deū timētes:⁊ ſupra ꝯdignū remune/
rat. Ipſa merito dicit̃ ſūma ⁊ prima cauſa:ipſa dicitur ipſe deus.
Ipſa grece theos dicit̃ vl'a thein qḋ eſt currere vel fouere.vt dicit
Ioh.Damaſ.q2 ipſa velociter ſubuenit gubernat ⁊ diſponit ⁊ fo/
uet vniuerſa.Sap.vi. Ipſa ſūma ſapia circuit querēs dignos ſe:⁊
in vijs ſuis oſtendit ſeipſis hilariter:⁊ in oī ꝓuidētia occurrit illis
Ideo ſūme timēdus qui nobis oīa ꝓuidet:ne ſi nō timeat̃ ipſe ſe
⁊ ſua bñficia nobis ingratis ſubtrahat: ⁊ oīa amittamus. Ecc̃s.v.
Ne dicas nō eſt ꝓuidētia:ne forte iratus dñs ſup ſermones tuos
diſſipet cūcta opera manuū tuarū: vel timēda eſt ei ꝓuidentia: q2
quāto plura ⁊ maiora exhibet tanto maiorē ⁊ artiorē rationē exi/
get.Gre.Quātomagis creſcūt dona:tantomagis creſcūt rōnes do
noꝝ. Idē quātomagis quiſq3 accepit in munere:tantomagis obli
gat̃ in reddenda rōne.Ecc̄i.xij. In bonis ſit cor tuū ⁊c̃. ⁊ poſt. Et
cito pro oībus iſtis adducet te deus ad iudiciū. Hec eſt vna cauſa
ſm ꝙ aſſignat glo. Immo ꝑcipua que diuitē epulonē in inferno
tradidit:q2 in felicitate ſua timidus nō fuit.Qui plus habent plus
timere debent.De huius ꝓuidentie bñficijs dicit Bern̄. in lib.v.
de ꝯſideratiōe.Amat vt charitas: nouit vt veritas:ſedet vt eq̄tas:
dñat̃ vt maieſtas:regit vt principiū:tuet̃ vt ſalus:operat̃ vt virtus
rutilat vt lux:aſſiſtit vt pietas.Quid ergo eſt deꝰ: ꝙ ad vniuerſos
ſpectat finis:ꝙ ad electionē ſalus:quid querit̃ ad ſe nouit ipſe:q̄d
eſt deus voluntas oīpotens:beniuolentiſſima virtus:lumē eternū
⁊ incōmutabilis ratio.ſūma beatitudo:creans mentes ad ſe parti
cipandū:viuificans ad ſentiendū:efficiens ad appetēdū:iuſtificās
ad ꝓmerendū:dilatans ad capiendū:accendens ad zelū fecundās
ad fructū:dirigens ad equitatē:informās ad beniuolentiā:mode/
rans ad ſapientiā:roborans ad virtutē:viſitans ad ꝯſolationē:illu
minans ad cognitionē:ꝑpetuans ad īmortalitatē: implens ad feli
citatē:circūdans ad ſecuritatē.Hec oīa ſūma dei ꝓuidet beniuolē
tia. Ideo ſūme reuerenda ⁊ timenda ⁊ diligenda.¶ Septimo: ꝓ
pter munificētie largitatē:ſūme timēda eſt eius irritatio:⁊ ſui mu
neris priuatio.de cuius liberalitatis īnumere.dicit Dionyſiꝰ.Sū/
ma liberalitas dñi dat donū equale ſibi.ſūma decent dare ipſam.
Heſter.ij. Rex aſſuerus largitꝰ eſt dona iuxta magnificentiā prin
cipalē. donū autem equale ſibi non poſſet ipſe dare niſi ſe daret:
dat aūt ſe timentibus ſe:in preſenti per gratiā: in futuro per glo/
riam.Ecc̄i.i. Timor dñi iuſtificabit ⁊ cuſtodiet cor. iocunditatem
atq3 gaudiū dabit eternum.ſ.iuſtificat ⁊ ſeruat cor in preſenti per
gratiam:dat iocunditatem ⁊ gaudium quando timentibus ſe dat
deus in premiū. Pſal.Qui timent te videbūt me o pater ait filius
⁊ letabunt̃:q2 viſio diuinitatis chriſti ⁊ humanitatis eſt tota mer
ces.vt dicit Augu.Uidere eſt tota merces.Gen̄.xv.Apparuit dñs
abrae per viſionē dicens.ego protector tuus ⁊ merces tua magna
nimis.Ex premiſſis colligit̃ ꝙ ſūme timendus eſt non ſolū quia
vbiq3 eſt:ſed q2 oībus preſens eſt: nec ita timendus eſſet eius pre/
ſentia:ſi ignoraret que agunt̃ vbi preſens eſt: ſed ipſe videt et ſcit
oīa:nō ita timendus eſſet ſi oīa ſciret: ⁊ oīa non poſſet que vellet:
ſed ipſe poteſt oīa:quomō ⁊ qñ et quotiens vult: vel ſi poſſet oīa
⁊ eſſet excluſus ab aliquo loco poſſet eius potētia euitari:ſed ipſe
in oībus ⁊ ſuper omnia eſt: vt non ſit qui manus eius poſſit effu/
gere:vel cum oībus antecedentibus non ita eſſet timendus ſed eſ
ſet mutabilis de loco ad locum: de ſcientia in ignorantiā ⁊ obliui
onem:ab oīpotentia in impotentiā:ſed ipſe ſemper idem manens
⁊ īmutabilis:Nec ita timēdus eſſet ſi nō ꝓuideret oīa:ſi poſſemꝰ
habere alium omniū prouiſorē: vel ſi antecedētia ꝯcurrerēt oīa ⁊
eſſet in aliquo malus poſſet maliciā non odire ⁊ amare: ſi nō eſſet
iuſtiſſimus poſſet dedecus culpe impunitū relinquere:ſi non eſſet
ſūme liberalis ⁊ largus:nō poſſet nos ſūmo bono ⁊ dono priuare
quo priuat peccantes ſe nō timētes:qḋ ꝯfert ſolū timētibus ſe:q2
tanto dono ⁊ bono ſoli illi digni ſunt de quibus dicit̃.Dediſti he
reditatē timētibus nomen tuū dñe. Pſal. Michee.vj.Salus erit
oībus timētibus nomē tuū. Joſephus in ꝓlogo libri antiquitatū
ait:pre oībus doceant̃ hoīes:q2 pater oīum eſt dñs deus exiſtēs
⁊ vniuerſa reſpiciens:timētibus ⁊ ſequētibus ſe vitam feliciſſimā
prebet a virtute diſgredietes maximis calamitatibus ſubdit. Ex
predictis patet verū qḋ legit̃ Ecc̄i.xxiij. Nihil melius q̄3 timere
deū:qḋ nobis ꝑſtare dignet̃ ipſe deus amē.¶ Circa octauū.ſ.de
periculis huius mūdi timēdis.ꝯſideranda ſunt ſeptē:quoꝝ ꝯſide/
ratio ⁊ freq̄uēs meditatio multū eſt vtilis ad retrahendū hoīem a
pctō:videlicet locus habitatiōis:tēpus pegrinatiōis:ſtatꝰ ꝯuerſa/
tionis:ꝯditiōis hūane fragilitas:affectiōis hūane fatuitas:maloꝝ
boīū euitāda ſocietas:⁊ demonū execrāda puerſitas.¶ Locꝰ ha
bitatiōis eſt mūdus q̄ in ſcriptura ſacra vocat̃ mare. vocat̃ etiam

exiliū vel deſertū.vnde mūdus iſte periculoſus eſt ad modū mari
et ad modum deſerti. Mūdus quippe dicit̃ mare: ſicut ait Pſal.
Hoc mare magnū nō ſolū ſpacioſum:ſed ſup oīa maria periculo/
ſum.Ecc̄i.xliij. Qui nauigēt mare enarrent pericula eius. De quo
Bern̄.ait:Periculū probat tranſeuntiū paucitas ⁊ pereuntiū mul
titudo. In magno mari marſilie de quattuor nauibꝰ tranſeuntibꝰ
vix nō periclitat̃ vna. In hoc mūdo vix de quadraginta trāſeunti
bus euadit vnꝰ a periculo. Itē in magno periculo ſunt hoīes in h̄
mari nō ſolū propter pereuntiū multiplicitatē:īmo propter pericu
loꝝ pluralitatē ⁊ īmenſitatē.Sunt enī tot ⁊ tā magna pericula:ꝙ
qui vult euitare vnū incidit in aliud.Unde:Incidit in ſcyllam cu/
piens vitare carybdim. Frequēter volens vitare periculū luxurie
abſorbet̃ a voragine vel vertigine auaricie quaſi a carybdi.j.Thi.
vj.Qui volūt diuites fieri incidūt in tētationē ⁊ in laqueū diaboli
Et ſequit̃:Mergūt hominē in interitū ⁊ perditionē.¶ Lōge plu
